poſito timeāt deū: in pn̄ti ſer. de timore
dei in generali dicemus: Uidebimuſq꞉
de illo tria myſteria principalia.

Primū dꝛ vilipenſionis.
Scdm̄ cognitionis.
Tertiū euitationis.

¶ Quare hoīes nō timēt immo ꝯtēnūt
iudicia dei. Cap. j.

Talis eſt multorum cōditio: vt
dei iudicia ſpernāt atq꞉ deri-
deāt. Qḋ quidē rōne quadru
plici facere cognoſcunt̄.

Prima dꝛ incredulitatis.
Scda lōganimitatis.
Tertia apparētis bonitatis.
Quarta mūdane ꝓſperitatis.

¶ Qꝛ multi nō credunt q̄ dicunt̄ de iu-
dicijs dei.

Primo nō timent̄ dei iudicia
ꝓpter incredulitatē: q: cum
narrant̄ aut legunt̄: nolunt
excecati pctōres fideꝫ pſtare
dictis: q: male libēter quis
acceptat qḋ nolet: immo ꝯtrariū: ſm il
lud Seń. in. j. tragedia. Qḋ nimis miſe
ri volūt hoc facile credūt. Sic euenit tē
pore diluuij: de quo paulo inferius tra
ctabimus. Nunq꞉ voluit gens illa peri
tura Noe arcā fabricāti dare fidē. Sic
accidit Balthaſar regi babylonis: de q̄
dicit Nico. de ly. ſuꝑ. v. c. Daniel: ꝙ cum
publice diceret̄ regnuꝫ eius debere pſi-
ſtere vſq꞉ ad finē captiuitatis iudeoꝝ:
de qua pdixerat Hieremias Hiere. xxix.
c. ſcꝫ ꝙ ſeptuaginta annis erat duratu

ra: deridebat oēs. Et cū ſibi diceret ꝙ exercitus darij ⁊ Cyri validiſſimus veniebat contra eum: negligebat ꝓuiſionem contra venientes. Dum ṽo obſeſſa eſſet babylon fecit grande cōuiuiū ⁊ celeberrimū optimatibus ſuis: ⁊ in contēptum bibebat in vaſis tēpli que aſportauerat nabuchodonoſor. Et ſic vacans epulis vidit manū ſcribentē in pariete Mane: Techel: Phares. Aduocato aūt Daniele interp̄tatus eſt viſionē dicens Dan. v. Mane: numerauit deus regnū tuū: ⁊ cōpleuit illud Techel: appēſus es in ſtatera: ⁊ inuētus es minus habens Phares: diuiſum eſt regnum tuum: et datum eſt medis ⁊ perſis. Cum aūt hoc audiſſet: lȝ honoraſſet Danielem: tñ ſtabat in pertinacia ſenſus ſui. Quare eadem nocte babylō capta fuit: ⁊ Balthaſar interfect⁹ ac iugulatus. De iſta euerſione babylonis dicit Oroſius li. ij. Babylon eo tempore a Cyro rege ſubuerſa quo p̄mū roma tarquinorum dominatione liberata eſt. Siquidē ſub vna eademq̄ꝫ conuenientia temporum illa cecidit: iſta ſurrexit: ⁊ quaſi moriens dimiſit hereditatem.

¶ Qr̄ deus lōganimis eſt ⁊ patiens: tñ ad longū iudicat impenitentes.

SEcundo nō timentur dei iudicia ꝓpter dei patientiā ⁊ lōganimitatē. Aiūt nāq̄ꝫ pctōres ceci. Tandiu ſuſtinuit nos deus: ⁊ nunc nec aliter faciet. De his Augu. li. iiij. de doctrina xp̄iana ſic loq̄t: Pleroſq̄ꝫ incredulos miſerationis dei patiētia lōga peccare facit intrepidos: q̄ deū nō arbitrātur ſuoꝝ pctōꝝ vltores. Verūtñ librāda ſunt illa verba Valerij li. j. de neglecta religione. Lēto etēm gradu ad ſui vindictā diuina ꝓcedit ira: tarditatemq̄ꝫ ſupplicij grauitate cōpēſat. Et Hiero. in comēto ſup Hiere. inq̄t: Quanto maior eſt numerus tempoꝝ q̄bus obliuiſcimur deum tanto maior eſt pena peccati quod nec longitudine ſeculorum potuerit edomari.

¶ Qr̄ multa bona opera fiunt ſm̄ nō ꝓpter deum.

TErtio nō timent̄ iudicia dei ꝓpter apparentē bonitatē. Fiūt q̄nq̄ꝫ aliq̄ bona ſimulata: nō ꝓpter deū: ſed ad cōplacētiam hoim. Vadūt ad miſſas vſurarij: libros in manib⁹ deferētes: ſodomite: fornicatores: ⁊ alij ſiles frequētāt diuina nō vt honorēt deū: ſꝫ vt boniviri eſſe videant̄. Q̄nq̄ꝫ aūt ſuaſu p̄dicatoꝝ ⁊ inſpirāte deo p̄ donū gratie gratis date: ad talia pagēda ducunt̄ tñ grādia pctā nō relinquūt: ⁊ ꝑſuadēt ſibi ex quo operant̄ aliq̄d bonū: timēdū eis nō eſſe. Quibus ego dico: ꝙ ſi deus aliquādiu retardat ſniam ꝓpter hmōi bona: veruntñ niſi ſequat̄ vera ⁊ realis emēdatio: tandē ad ſua iudicia ſepenumero manū extendet.

¶ Qr̄ multi cōfidūt in ꝓſperitate: ⁊ tñ ex inſperato ſepe flagellant̄ a deo.

QVarto nō timent̄ iudicia dei ꝓpter mūdanā ꝓſperitatē. In qua q̄dē velut ebrij iā facti putāt ſe eſſe deos in diuitijs: in robore corporis: i gloria ſcꝫ: licere ipis arbitrant̄ facere q̄cq̄d velint. In q̄bus vt dicit Sene. in tragedijs: ꝓſperū ac felix ſcelus virtus vocatur. Cōfidūt i vanitate ſua: ⁊ de ſua virtute ac tpalib⁹ bonis p̄ſumūt ⁊ gliant̄. Contra quos dicit Sene. in tragedijs. Nemo cōfidat nimiū ſcđis. ⁊ idē ad Lucil. Noli huic tranq̄llitati ꝯfidere. Momēto mare euertit̄ ⁊ eodē die vbi luſerunt nauigia ſorbent̄. Hinc Eſa. xlvij. c. ciuitati affluēti ꝓſperitate ⁊ nō timēti deū ait: Audi hec delicata: ⁊ habitās cōfidēter: q̄ dicis in corde tuo: ego ſum et nō eſt p̄ter me amplius. Non ſedebo vidua: ⁊ ignorabo ſterilitatē. Veniēt tibi hec duo ſubito in die vna: ſterilitas: et viduitas. O quot ciuitatibus ex improuiſo ſuꝑuenit ira dei. Et vt omittamus reliqua: inſpiciam⁹ q̄d factū eſt p̄ inopinatos terremotus. Accepi oīa q̄ ſequuntur: ex q̄dā chronica ricobaldi ferrarieñ

ſis. Regnāte Tigrane ī Syria terremo tu facto periere hoim ſeptuagīta milia: vrbes alique ſubuerſe. Anno. v. Tiberij tredecim vrbes in Aſia cecidere terremo tu cōcuſſe. Imperāte Nerone tres ī aſia vrbes terremotu corruere. Anno. viij. Veſpaſiani tres vrbes terremotu ceci dere. Anno. viij. Traiani Nicei τ Nico demia corruerūt. Anno eiuſdē. xvſ. An tiochia pene tota corruit terremotu. Imperante Diocletiano terremotu fa cto apud Tirū τ Sydonē multa milia hoim piere. Tpe Cōſtātini. ij. terremot⁹ in oriente plurimas vrbes ſolo ſtrauit. Nō oia τ ſingula explicari pñt: in q̄bus appet q̄ terribilis τ formidāda eſt dex tera dei oipotētis: q̄ i momēto ɔfundit oēm ſupbiā hoim: iō ſemp timēdus eſt.

¶ Quibus ſignis debemus veriſimili ter eſtimare quando iudicia dei ſunt ꝓ pinqua. Cap. ij.

Icꝫ īſcrutabilia ſint iudicia dei: τ noſtrū nō ſit cognoſce re tpa τ momēta: q̄ in ſua po ſita ſunt ptāte: nihilominus ꝑ ſigna q̄dā cognoſcere poſſum⁹ q̄n ti mēdū eſt ne in breui veniāt ſup nos ma la. Nec pſumptuoſum eſt ita loq̄: aut te nere. q̄nquidẽ ipſe dñs ieſus bñdictus Matth. xxiiij. τ Lu. xxj. dixit: Ab arbo re aūt fici diſcite parabolā: cū videritis q̄ ramus eius tener fuerit: τ folia nata ſcitis q̄ ꝓpe eſt eſtas. Quare ī hac pte notabimus quattuor ſigna: ꝑ q̄ ſcire de bemus q̄n timēdū ſit: ne de ꝓximo nos pulſent iudicia τ flagella dei.

Primū dr̄ magnitudo.
Scḋm multitudo.
Tertiū cōſuetudo.
Quartū prōptitudo.

¶ Qr̄ cū cōmittunt grauia pctā ꝓxima ſunt iudicia dei.

Rimū ſignū quo cognoſcunt in ꝓximo vētura iudicia dei dr̄ ma gnitudo pctōꝝ. Qñ. ſ. fiunt pctā horrēda grauia ſiue nefanda. Nec tenē da eſt opinio ſtoicoꝝ: de q̄b⁹ dicit Tho. ſ. ij. q. lxxiij. ar. ij. q̄ volebāt oia pctā eſſe paria. Quinimmo ſm diuerſitatē τ qua litatē circūſtantiarū vnuꝫ alio grauius iudicat. ff. de penis. l. aut facta. Sūt er go oia pctā mortalia grauia: quedā tñ ceteris grauiora: ſicut ſunt ſimonie: pro phanationes ſacrorum locorum: irreue rentia diuini cultus: filicidia: ſacrilegia adulteria: inceſt⁹: ſodomie: blaſphemie periuria: crudelitates: violētie: rapine: vſure: odia: liuores: rācores: fraudes: de ceptiones: ꝓditiones: τ ſimilia.

¶ Qr̄ multitudine peccantium deus iu dicat populos.

Ecundū ſignū quo cognoſcū tur in proximo dei iudicia vē tura dicitur multitudo pec cantium. Quando enim pec cata grauia cōmittunt a paucis: adhuc equanimiter ſuffert deus. Sed ſi a mul tis perpetrant nō diu cōtinebit manuꝫ ſuā. Vhe τ iterum vhe nobis: q̄ nos ſu mus in quos fines ſeculoꝝ deuenerunt in quibus cōplet dictū ps. xiij. Oēs de clinauerūt ſil' inutiles facti ſunt: nō eſt q̄ faciat bonū: nō eſt vſq₃ ad vnū. Rara inq̄t Hiero. aduerſus Vigilantiū virt⁹ eſt nec a plurib⁹ appetit. τ Ouid. lib. ij. de pōto ait: Nec facile multis iuuenes milibus vnuꝫ. Virtutē ꝑai q̄ putet eſſe ſui. O q̄ exiguus eſt numer⁹ ſeruiētiuꝫ deo in veritate. O quāta eſt ſeq̄la diabo li: O quot diſcipulos iā hꝫ antixpe: Nō eſt v̄itas: nō eſt bonitas in filijs hoim. Deſcēdētibus ab vniuerſalibus ad par ticularia iubet Plato quieſcere.

¶ Qr̄ cōſuetudo τ pſeuerātia in pctis ꝓ uocat deum ad iram.

Ertiū ſignū quo timēda ſūt in ꝓximo vētura iudicia dei dicitur ɔſuetudo: q̄n. ſ. pctā grauia a multis cōmiſſa: cō ſuetudine: τ longa perſeue rantia in cordibus populoꝝ leuia facta ſunt. Defendunt nāq₃ multi pctā ſua: τ excuſant ɔſuetudinē allegantes: nō ad uertētes oim doc. ſniaꝫ: q̄ firmiter aſſe uerāt q̄ ɔſuetudo nec excuſat: nec alle uiat pctā: immo aggrauat τ adauget.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quare diſt.viij.c.mala.dr: Mala conſuetudo non minus ꝙ pernicioſa corruptela vitãda eſt. Et ibi in.c.veritate. Veritate manifeſta cedat cõſuetudo veritati. Et infra. Nemo cõſuetudinẽ rationi ꝛ veritati ꝑponat: qꝛ ꝯſuetudinẽ ratio ꝛ veritas ſemp excellit: alꝰs excludit. Et eadem diſ.c.cõſuetudinẽ. Uſus qui veritati eſt ꝯtrarius abolẽdus eſt. Et in.c. qui contẽpta. Cũ xp̃s vitas ſit magis veritatẽ ꝙ conſuetudinẽ ſequi debemus. Et in.c.cõſuetudo. Cõſuetudo ſine vitate vetuſtas erroris eſt. Propter quod relicto errore ſequamur veritatem. Et ex̃ de conſue.c.ad noſtrã. Cõſuetudo que canonicis obuiat inſtitutis nullius debet eſſe momẽti. Idẽ habetur codẽ de cõſue.c. cũ venerabilis. ex̃ de auto. ꝛ vſu palli.c. ex tuarum. ex̃ de offi.archidi.c.cum ſatis. ex̃ de iuramento calũnie.c.ceterũ. ex̃ de vita ꝛ hone.cleri.c.cũ decorẽ. ex̃ de ſtatu mona. c.ea que. ex̃ de cõſe.eccle.c. aqua. ex̃ de ſimo.c.tua nos. ꝛ intantũ. ex̃ de cõſuetudine.c.conſuetudinẽ.li.vj. ex̃ de cenſibus.c.ꝙꝙ.li.vj. Hec dixiſſe volui ad refellendam reprimendãqꝫ temerariã excuſationẽ tranſgreſſoꝝ diuine legis: qui ſemp ad conſuetudinẽ querũt ſubterfugere. Sic faciunt vſurarij: ſic mercatores fraudulenti: ſic mulieres vane: ſic ambitioſi clerici: ſic per nomen dei invanũ crebro iurantes: ſic blaſphemãtes deum ꝛ ſanctos: ſic deniqꝫ oẽs diſſoluti corde. Qui tanto magis debent timere iudicia dei quãto vidẽt ſe ꝑ conſuetudinem a peccatis detineri.

¶ Qr ira dei vicina eſt: quando peccatores nec timent deum: nec de hominibꝰ erubeſcunt.

Quartum ſignũ ad cognoſcẽdum iram dei fore ꝓpinquã eſt promptitudo. Qñ.ſ.tota animaduerſione ꝛ promptitudine cõmittũtur peccata horrẽda a multis in quolibet ſtatu cõſuetudinarie ꝛ perſeueranter ſine timore dei ꝛ ſine verecundia hominũ. Quo me vertam: vnde incipiã: an tacere debeam. Vhe mũdo a ſcandalis. Nõ erubeſcunt amplius hoĩes pecuniam petere: pecuniam dare in quibus erubeſcendũ eſſet: nõ adulterari ꝛ alia nefanda cõmittere publice: non mutuare ad vſuram: non facere queqꝫ turpia. Et tñ Cicero gentilis o xp̃iane peſſime lib.j. de officijs ait: Sine verecundia nihil rectum eſſe poteſt: nihil honeſtum. Et Ualerius lib.iiij. Verecũdia eſt parẽs omnis honeſti conſilij: tutela ſolẽniũ officioꝝ: magiſtra innocẽtie: chara ꝓximis: accepta alienis omni loco: oĩ tpe fauorabilẽ: pre ſe ferens vultũ. Et Apuleius lib. de deo Socratis. Artes alie ſiue ſcientie poſſunt ignorari ſine erubeſcentia ſicut ratio pingendi: ſaltãdi: ſiue cantandi: quas vir bonus põt ſine vituperatione contẽnere. Sed neſcire bene viuere nunꝙ audebis dicere ſine pudore. Et Berñ. ſup cantica. Verecũdia inquit ſp̃ũalis glĩa ꝯſcientie eſt: fame cuſtos vite decus: ſedes virtutũ: primitie laus: nature inſigne: ꝛ totius honeſti. Prochdolor. Pudet dicere ꝙ ſũt his tẽporibus inuerecũde: impudẽter: elata facie: ꝛ cum deriſione ꝛ contẽptu dei. O xp̃iana religio que omnis mundicie ꝛ ſanctimonie ſpeculum eſſe debe res: hodie quia verecundia eſt extincta facta es turpis ꝛ ſordida: ꝛ tẽplum oĩs immundicie et diſſolutionis.

¶ De remedijs quibus euitari poſſunt iudicia dei. Caplm.iij.

Reſtat hoc loco tertio differẽdũ qualiter dei iudicia poſſumus euitare. Inqt Hiero. ſup Hieremiã. Admirabilis clemẽtia dei populos ad penitentiam inuitat: malens ſaluare conuerſos ꝙ perdere delinquentes. Icirco ſi voluerimus nobis prouidere caue reqꝫ a furore dñi: notabimus quattuor principalia precipuaqꝫ remedia.

Primũ dr̃ pctoꝝ emẽdatio.
Secundũ corpoꝝ afflictio.
Tertiũ orõnũ frequẽtatio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quartū ſanctoꝝ viroꝝ deuotio.

¶ Quare ceſſandum eſt a peccatis vt fugiamus iudicia dei.

PRimū remediū eſt emendatio pctoꝝ: vt pctōres emendent ꝛ corrigant deponātqꝫ ꝑ vererēvitā. Nā ſi ceſſante cā ceſſat effectꝰ: vt dr̄ ex̄ de renun. c. poſt tranſgreſſionē. ꝛ ex̄ de appel. c. cū ceſſante. ex̄ de iureiurādo. c. et ſi xp̄s. ex̄ de peni. ꝛ re. c. cū infirmitas. ꝛ. lvj. di. c. ſtatuimus. §. his oībus. ꝛ. c. neophitus. ꝛ. j. q. j. c. qḋ ꝑ neceſſitate. et. j. q. vij. c. qḋ pro remedio. Si igitur deus flagellat populos ꝑpter pctā: deficiētibꝰ pctīs deficiet ꝛ plaga. Hoc eſt qḋ Aug. dixit: Nouit deus mutare ſententiā: ſi tu noueris emēdare delictum. Que vba notanꝶ. xxij. q. iiij. c. vnuſqſqꝫ c. incōmutabilis: ꝛ de peni. diſt. j. c. nouit dn̄s. Et zach. j. dixit deꝰ. Cōuertimini ad me ꝛ ego conuertar ad vos: dicit dn̄s. An ad hoc oſtenſtēdū inualidū eſt exēplū ezechie: Abſit. De illo vtiqꝫ. iiij. Reg. xx. narrat ꝙ cū egrotaſſet ad mortē: veīt ad eū eſaias ꝓpha. xxxviij. c. di. Diſpone domui tue: qꝛ morieris ꝛ non viues. Qui ꝯuertit faciē ſuā ad parietē: fleuitqꝫ fletu magno ꝛ orauit dn̄m: ꝛ anteꝙ̄ egredereꝶ Eſaias mediā partē atrij: factꝰ eſt ſermo dn̄i ad eā dicens: Reuertere: ꝛ dic ezechie. Audiui orōnē tuam: ꝛ vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciā ſup dies tuos q̄ndecim annos. Ergo pꝫ ꝙ deꝰ reuocat: multotiēs ſn̄iaꝫ cōminatoriā cū peccatores ad illū humiliter conuertuntur.

¶ Quare ieiuniaꝛ diſciplīe mitigāt irā dei.

SEcūdū remediū quo euadere poſſumus dei iudicia eſt corpoꝝ afflictio. Ut. ſ. corpa caſtigemus diſciplinis atqꝫ ieiunijs: ſicut viri niniuite fecerūt. De qbꝰ Jone ꝑ totū clara narraꝶ hiſtoria. De his dicit Hiero. lib. ij. contra Jouinianū. Niniue ciuitas magna: irā dn̄i ieiunioꝝ miſeratione retorſit. Quam vtiqꝫ ſodoma atqꝫ gomorra placaſſent: ſi ieiunio patrocināte deuꝫ conciliare voluiſſent. Cū em̄ audiſſent niniuite Jonā clamātē. adhuc. xl. dies ꝛ niniuite ſubuerteꝶ: nō deriſerunt eū: nō ſpreuerūt vocē eius: ſꝫ credētes illi veſtiti ſunt ſaccis: ꝛ ieiunauerūt: ꝛ dominus miſertus eſt illorum.

¶ Quare orōnibꝰ et elēynis placaꝶ ira dei.

TErtiū remediū ad irā dei declinādū dr̄ orōnū frequētatio. Ut fiant elēyne ꝛ orōnes aſſidue: dicatqꝫ vnuſquiſqꝫ. Ne reminiſcaris dn̄e delicta nr̄a vel parentū noſtroꝝ: neqꝫ vindictā ſumas de pctīs nr̄is. Bona inqt Tob. xij. eſt orō cū ieiunijs ꝛ elēyna. Inducanꝶ pueri et puelle: vt virginē glīoſam precenꝶ ſalutentqꝫ reuerenter cum Aue Maria.

¶ Quare itercessio bonoꝝ viroꝝ flectit deū

QUartū remediū eſt bonoꝝ viroꝝ ꝛ ſctōꝝ deuotio. Dū em̄ ſe ppl̄i pctōres cognoſcunt: inducāt bonos religioſos ꝛ ſp̄ūales viros vt depceꝶ ꝓ illis deū. Qui crebro vota illoꝝ exaudiens: pp̄los ſuſtinet: ꝛ tādē largiꝶ graꝫ: q̄ mediāte ꝑueīre pn̄t ad glīam. Amē.

¶ De iudicio dei contra angelos ſuꝑbientes. Sermo. iij.

DE iudicijs dei diſticte particulariterqꝫ decetero locuturi: ab illo ſumemꝰ iīitiū qḋ ꝑmū a diuina iuſticia factuꝫ. oēs doctores ſcti indubitāter affirmāt qm̄. ſ. angeli mali ꝑpter pctm̄ a celo empyreo ꝯfuſibilr̄ eiecti: ꝑ diffinitiuā ſententiaꝫ penis eternis fuerūt deputati. Ad hoc aūt bene intelligēdū opus erit de angelica natura aliqua ſubinferre: quibus intellectis admirari timereqꝫ cogemur ne demonū ſectātes veſtigia cū illis tādē dānemur eternalr̄ ī inferno. Si em̄ ipi nō peccaſſent: vna cum beatis alijs q̄ remāſere habitarēt ī delitijs paradiſi. Sꝫ qꝛ deo īmortali auſi ſunt fieri rebelles: exulabūt in ꝑpetuū



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

s patria illa oī leticia ⁊ vbertate refer-
ta. De ipis igiꝭ in hoc ſermone tria my
ſteria proponimus declaranda.

Primū dꝛ cōditionis.
Secundū offenſionis.
Tertium punitionis.

¶ De excellētia demonū ꝛ ꝯditiōe ſubli
mi anteq̄ peccaſſent. Caplm. j.

Diligēter in hoc myſterio pri
mo pſcrutari debem⁹ q̄ egre
gia ſublimiſq̄ fuerit condi
tio demonuꝫ anteq̄ diuine
rebelles fuerunt maieſtati.
Hoc vo ex quattuoꝛ colligere poſſum⁹.

Primo ex parte nature.
Secūdo ex parte gratie.
Tertio ex parte glorie.
Quarto ex parte excedētie.

¶ Qꝛ deus bn̄dict⁹ creauit oēs demo-
nes bonos natura.

Primo colligiꝭ dignitas an-
geloꝝ an̄ pctm̄ ex pte natu-
re. Ubi queriꝭ a doctoribus
vtrū demones fuerunt mali
natura? Et aliq̄ nituntꝭ pba
re q̄ ſic triplici medio. ¶ Prio qꝛ Aug.
lib. x. de ciui. dei. c. xj. dicit: Eſt qdā ge
nus demonuꝫ natura fallax: ſimulans
deos ⁊ aīas defunctoꝝ. ¶ Scdo qꝛ pec
catū eoꝝ poniꝭ fuiſſe in pmo īſtāti ſue
creationis. Pꝫ: qꝛ Joh. viij. dꝛ: Jlle ho
micida erat ab īitio. Et. j. Joh. iij. Qui
facit pctm̄: ex diabolo eſt: qꝛ ab initio
diabol⁹ peccat. Et Aug. xj. ſup Gen. ad
lrām. Fact⁹ ꝯtinuo ſe a luce vitatꝫ auer
tit ſupbia tumid⁹ ⁊ ꝓprie ptātꝫ delecta
tiōe corrupt⁹. Et idē. xj. de ci. dei. Mox
vt fact⁹ eſt ī ſupbiā erupit. ¶ Tertio ar
guiꝭ a ſili. Qꝛ ſi aliq̄ hoīes ſunt natura
liter mali: de qb⁹ dꝛ Sap. xij. Erat eoꝝ
malicia naturalis: g̃ ⁊ aliq̄ āgeli pn̄t na
turalr̄ eſſe mali. ¶ Sꝫ ꝯ. magr̄ ſentētia
rū i tertu diſ. iij. libri. ij. dicit: Boni erāt
oēs āgeli qn̄ pmo facti ſunt: ſꝫ ea boni-
tate quā natura incipiēs acceperat. Di
cēdū g̃ q̄ de⁹ fecit oēs angelos bonos:
qꝛ vt dꝛ Gen. j. Uidit de⁹ cūcta q̄ fece-
rat ⁊ erant valde bona. Et Hierony. ad
Paulinū ait: Bon⁹ eſt de⁹ ⁊ oīa q̄ ꝗq̄
facit bona ſint neceſſe eſt. ¶ Ad primū
itaq̄ dicēdū q̄ vba illa non ſunt Aug.
ſed Porphyrij: quē ipſe reprehēdit ple
ne conteſtās q̄ demones nō ſunt natu
ra mali: ſꝫ ꝓpria voluntate. ¶ Ad ſcdm
dicit Bon. in. ij. diſt. iij. parte. ij. ar. j. q.
ij. q̄ fuit quorūdam opinio q̄ ſimul tē
pore fuit diabolus ⁊ peccauit: nec vnq̄
fuit niſi malus. Que opinio excōicata
eſt ab epo Pariſienſi. Jdeo theologi in
hoc oēs conueniūt q̄ inter creationē
⁊ lapſum fuit aliqua morula: licꝫ adeo
paruula q̄ pro nihilo reputaꝭ: qꝛ vt dꝛ
ij. phyſicoꝝ. Qd̄ modicū deeſt: q̄ſi nihil
deeſſe videꝭ: Jdeo autoritates intelli
gende ſunt recte p illa morula non pro
ſimultate nature ⁊ pcti. ¶ Rādulfus ait
in. ij. diſt. iiij. q. iiij. cōclu. v. ponit quat
tuoꝛ moras. Prima eſt in qua oēs ange
li fuerūt creati in pfectis naturalib⁹ et
iuſticia originali. Scda in qua boni cō
uerterūt ſe ad deū ⁊ mali ad ꝓpria na
turalia ſe ardētiſſime diligēdo. Jdeo i
iſta mora boni grām receperūt non po
nēdo obicē: mali pdiderūt. Tertia mo
ra in qua mali opati ſunt varia pctā et
tētauerūt bonos ⁊ fuit illud plin: ⁊ bo
ni fecerūt mlta bona ⁊ viril̄r reſtiterūt.
Quarta mora in qua boni pmiati ſunt
mali puniti. Jſte vo more diſtinguunt
vel p coexiſtētiā ad aliquas ptes tpis
nrī: lꝫ valde paruas: vel ex diſtinctione
iſtoꝝ ſtatuū ⁊ opationū ſeu variationū
in angelis. ¶ Ad tertiū obiectū dic ſan
ctus Tho. j. pte. q. lxiij. ar. iiij. ad ſcdm
argu. q̄ malicia aliquoꝝ hoīm pōt dici
naturalis: vel ꝓpter cōſuetudinē q̄ eſt
altera natura: vt dicit Ariſ. li. de memo
ria ⁊ reminiſcētia. ⁊ vij. ethi. ⁊ j. rheto.
Uel dꝛ naturalis ꝓpter naturalē incli
nationē ex parte nature ſenſitiue ad ali
quam inordinatā paſſionē: ſicut quidā
naturaliter dicuntur iracundi vel con
cupiſcētes: nō aūt ex parte nature intel
lectualis. Angelis itaq̄ hoc cōpetere
non poteſt: quia vt dicit Diony. Angeli
ſunt ſpirituales mentes in quibus nō

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt natura ſenſitiua.

¶ De opinionib⁹ varijs doctoꝝ an angeli fuerunt creati cum gratia.

SEcũdo apparet dignitas angeloꝝ ante pctm̃ ex pte gr̃e. Fuerũt etem̃ a deo ſic ꝓducti ꝙ gr̃e capaces erãt. Hic ꝟo iter doctores nõ parua eſt controuerſia. Utrũ ſcʒ ante lapſum habuerũt demones gr̃am gratũ facientẽ. Quidã dicere voluere ꝙ angeli nulla gr̃a indiguerũt et ꝯuerterent ĩ deũ: qm̃ ſupeſt gr̃a ad aliquẽ effectũ vbi ſufficit natura. Angelus ꝟo naturalr̃ conuertitur in deũ: qꝛ naturalr̃ deũ diligit ergo gr̃a nõ eſt illi neceſſaria. ¶ Sʒ cõtra hãc opinionẽ eſt oĩs doctrina theologoꝝ. Ideo dicit Tho. .j. parte. q. lxij. ar. .j. ꝙ angeli indiguerũt gr̃a ad hoc vt conuerterẽtur in deũ ꝓut eſt obiectum beatitudinis. Nã angelus naturalr̃ diligit deũ inquantũ eſt ꝓncipiũ naturalis eſſe: nõ aũt inquãtũ eſt beatificans per ſue eſſentie viſionem. Uidere ꝗ̇ppe deũ ꝑ eſſentiã eſt ſupra naturã intellectus creati. Uñ nulla creatura põt habere modũ volũtatis ordinatũ ad illaʒ beatitudinem niſi mota a ſupnaturali agente: et hoc dicimus auxiliũ gratie. Quare angeli indiguerũt gr̃a gratũ faciẽte vt conuerterẽt ſe ad deũ ſub ratione formalis obiecti beatitudinis: quia voluntas creata ſiue angelica ſiue humana inferior eſt ipſo obiecto beatifico. Fuerunt alij dicentes ꝙ ex quo gr̃a erat eis neceſſaria vt cõuerterentur in deũ habuerunt gratiã gratũ faciẽtem. Nam Aug. xij. de ciui. dei. dicit: Creauit deus angelos: ſimul in eis cõdens naturã: ⁊ largiens gratiã. Et Hiero. ſup Oſeã. Demones cũ magnitudine ⁊ pinguedine ſpũſſancti ſunt creati. Alioꝝ ꝟo opinio eſt: ꝙ angeli nõ fuerũt creati cũ gratia gratũ faciẽte. Hanc opinionem tenet dñs Boñ. ar. .j. q. ij. ⁊ Scot⁹ et Fran. de mayrone: ⁊ communiter oẽs moderni in. ij. diſ. iiij. aſſerentes: ꝙ boni angeli poſt creationẽ ante cõfirmationem acceperunt gr̃am: demones ꝟo nunꝙ̃ illã habuerũt. Et hoc ꝑpter diſpoſitionẽ nature angelice: q̃ fertur ĩ id qꝺ appetit ſine retardatione. Uñ ſicut ex cõuerſione ad malũ ita ꝓfunde conuerſi ſunt vt nõ poſſent redire: ſic ĩmo multo magis ex cõuerſione ad bonum ſiue ex habilitate ita bono totalr̃ adheſiſſent ſi gr̃aʒ gratũ faciẽtẽ habuiſſent: ꝙ nunꝙ̃ lapſi eſſent. Uñ nõ vr̃ ꝓbabile ꝙ lucifer habuerit illã gr̃aʒ: ⁊ ſic nec alij. Huic opinioni adheret mgr̃ in tex. vbi inducit Aug. q̇ ait: ꝙ angelus ⁊ hõ lʒ acceperit vñ ſtare poſſet: nõ tñ gr̃am vñ ꝑficere poſſet. Et Aug. lib. ij. ſuper Gen. ad lr̃am dicit: Intellectualis natura ꝓ̇mo creata eſt ĩformis: poſtea ꝟo formata. Hugo inſup lib. ij. de ſacris. parte. v. c. viij. aſſerit quattuor fuiſſe angelis in ſua creatione attributa.

Primũ fuit diſcretio ꝑſonalis.

Scðm intelligentie claritas.

Tertium ſubſtãtia ſimplex.

Quartũ liberi arbitrij facultas.

¶ Et non enumerat gratiã. Qui ꝟo hãc opinionẽ ſequunt̃ reſpõdẽt ad autoritates inductas in ſcða opiniõe: ꝙ gr̃a ſumitur triplr̃. ſ. cõmuniſſime: cõmuniter ⁊ ꝓprie. ¶ Primo mõ gr̃a ꝺꝛ quicq̇d ſupadditt̃ donis nature ſine quo hõ eſt homo: ⁊ ſine quo homo põt ſaluari: et cum quo etiã poteſt damnari: ſicut eſt habere excellens ingeniuʒ: fecũdã memoriam: ſingularẽ fortitudinẽ ⁊ robur corporis: elegantẽ aſpectũ: eloquentiã copioſam: ⁊ ſimilia. ¶ Secundo modo gratia ꝺꝛ quicquid ſuperadditur libero arbitrio diſponens ad ſalutem propriã vel alterius: ſicut timor ſeruilis: lumen prophetie: gratia predicandi: ⁊ reliqua que pertinẽt ad gratiã gratis datam. De hac gratia dicit Alexan. in. ij. ſumme ſue. q. lxxiij. mem. ij. Gratia gratis data eſt donum infuſum rationali nature ſine meritis quantum in ſe eſt: diſponens ad ſalutem propriam vel alterius. ¶ Tertio modo dicitur gratia quicquid ſuperadditur libero ar

bitrio perficiēs illud in merito. Et hec
eſt gratia gratū faciēs. Poſſumus ergo
dicere ꝙ angeli a pꝛincipio ſue creatio-
nis habuerūt gratiam pꝛimo ⁊ ſcđo mō
dictā. Sz Tho. vbi. ſ. ar. iij. arguit ſic ꝫ
iſta: ꝙ exquo grā erat āgelis neceſſaria
vt cōuerterētur in deū: habuerūt grām
gratū faciētē: qꝛ ſicut nature coꝛpali in-
dite ſunt rōnes ſeminales ad ſuos effe-
ctꝰ. vt Aug. dicit ſuper Gen̄. ita angeli-
ce nature ad ſuos. Sed talis ratio ſemi
nalis reſpectu diuini obiecti eſt ipa grā
qꝛ gratia gratū faciens hoc modo cōpa
ratur ad beatitudinez: ſicut ratio ſemi-
nalis in natura ad effectuz naturalem.
Iſta tn̄ non admittūtur ab alijs docto
ribus: qꝛ vt dicit Lādulfus in. ij. diſt. v.
q. iij. conclu. ij. conuerti ad deum vt ad
obiectū beatificū eſt dupliciter. Uel de
cōgruo: et per grām ꝓuenientē: qua deꝰ
mouet liberꝝ arbitriū vt ꝯuertaꝛ in ipz:
et ita ꝯuerſio nō fit ꝑ grām gratū faciē-
tem: ſed diſponit ad ipam: qꝛ niſi ſit bo-
nus motus in voluntate potente vti ra
tione: nō datur gratia gratum faciens.
Uel cōuerſio ad dn̄m accipitur per mo
dum merentis et ꝓficientis: qđ fit cum
gratia gratum faciente. Hec nō fuit cū
angelis in ſua creatione.

¶ Qꝛ angeli nō fuerūt in ſua creatione
beati neqꝫ ante confirmationem et la-
pſum videre eſſentiam dei.

TErtio demonſtratur demo-
num excellentia ⁊ ſublimis
cōditio ex parte gloꝛie: quia
ad gloꝛiam ⁊ beatitudinem
erant habiles et diſpoſiti.
Ueruntamen dubitari ſolet vtrum de-
mones ante lapſum fuerunt in beatitu
dine. Et videtur quibuſdaz ꝙ ſic. Nam
de lucifero dꝛ Ezechiel. xxviij. Tu ſigna-
culum ſimilitudinis plenus ſapientia:
perfectus in decoꝛe: in delitijs paradiſi
dei fuiſti. Sed eſſe in delitijs paradiſi
eſt eſſe in beatitudine. Et iteruz Augu.
lib. de mirabilibus ſacre ſcripture. Dia-
bolus in ſummo ſui oꝛdinis honoꝛe cō-
ſtitutus eſt lapſus. Et iterū Augu. li. de
fide ad petrū. Angelici ſpūs ꝓ eo q̄ ra-
tionales facti ſunt eternitatis ⁊ beatitu
dinis donum in ipſa nature ſue ſpūalis
creatione diuinitꝰ acceperūt. Et idē Au
gu. in li. de eccl̄iaſticis dogmatibꝰ. An
geli qui in illa qua creati ſunt beatitu
dine perſeuerāt: nō natura poſſidēt ꝙ
nō mutētur. Cōtrarium eſt qđ rei veri-
tas cōfiteꝛ: ꝙ ſcz angeli ante cōfirma
tionem ⁊ lapſum nō fuerunt beati. Nā
beatitudo in viſione diuine eſſentie cō
ſiſtit. Si igiꝛ demones vidiſſent eſſentiā
dei nunqꝫ lapſi eſſent: qꝛ ſm̄ Tho. ſ. q.
v. arti. iiij. Impoſſibile eſt ꝙ aliquis vi
dēs diuinā eſſentiā velit eā non videre:
qm̄ omne bonū habitū quo quis carere
vult aut eſt inſufficiens: ⁊ quęriꝛ aliqđ
ſufficiens loco eius: aut habet aliquod
incōmodū annexū ꝓpter qđ in faſtidiū
venit. Uiſio autē diuine eſſentie replet
videntē oībus bonis. Siꝉr etiam nō hꝫ
aliquod incōmodū adiunctū: ergo pro
pria volūtate beatus non pōt eā deſere
re. Similiter nō poteſt eā perdere deo
ſubtrahēte. Qꝛ cū ſubtractio beatitudi
nis ſit quedā pena: non poteſt talis pe
na a deo iuſto iudice prouenire niſi pro
aliqua culpa: in quā cadere nō pōt qui
dei eſſentiā videt: cū ad hanc viſionē de
neceſſitate ſequaꝛ rectitudo volūtatis.
Jccirco dicēdū eſt ad autoꝛitates alle
gatas ꝙ beatitudo ſm̄ Bon̄. diſtin. iiij.
ar. ſ. q. ſ. poteſt dupliciter dici. Uno mō
ſtatus perfectꝰ priuatione oīs mali ſed
nō plenitudine oīs boni. Et ſic fuerunt
angeli in creatione beati. Alio mō ſta-
tus perfectus tam priuatione oīs mali
q̄ꝫ plenitudine oīs boni. Et hoc vt di-
ctum eſt in clara dei viſione cōſiſtit. Et
ſic angeli vt dictū eſt nō fuerūt beati.

¶ Qꝛ angeli dignitate nature excedunt
oēs creaturas excepta aīa xpi.

QUarto lucet demonū excellē
tia ante pctm̄ ex pte excedē
tie. Producti equidē fuerūt
angeli in tāta naturaliū ex
cedētia: ꝙ minimꝰ diabolus
qui cecidit ſm̄ naturā excedit decoꝛe et

perfectionē quarūlibet creaturarū cor-
poraliū ⁊ ſpiritualiū nō loquēdo de aīa
xp̄i dei verbo vnita. Un̄ Aug. xi. de ciui.
dei inq̄t de angelica natura. Oīa cetera
que deus cōdidit nature dignitate pre-
cellit. ¶ Sed cōtra hoc aliqui mouent
et dicūt: ꝙ hō eſt nobilior ⁊ excellentior
productus a deo q̄ȝ angelus: qꝛ deus fe
cit hoīem ad imaginē et ſimilitudinem
ſuā ⁊ non angelū. Dicit Aug. in quodā
ſermone. Deus nulli alij creature dedit
ꝙ ſit ad imaginē ei⁹ niſi hoī. Sed Tho.
j. parte. q. xciij. ar. iij. ad. j. Reſpondet ꝙ
Aug. hoc dicit reſpectu creaturarū infe
riorū intellectu carentiū ⁊ non reſpectu
angelorū. Quinimmo in ipſis angelis
dignitas imaginis reperit̄. Un̄ Diony.
ait: Angelus nō eſt imago dei: manife-
ſtatio occulti luminis. Et Grego. xxvij.
moral. exponēs illud Ezech. Tu ſignacu
lū ſimilitudinis inq̄t: Licȝ hō ad ſimili-
tudinē dei creatus ſit: angelo tn̄ quaſi
maius attribuēs nō eū ad ſimilitudinē
cōditū ſed ipſum ſignaculū ſilitudinis
dei dicit: vt quo ſubtilior eſt in natura
eo in illo ſilitudo dei plenius credatur
expreſſa. ¶ Notādū tn̄ ſm Richardum
de media villa. in. ij. diſt. xvj. ⁊ Tho. vbi
ſ. in cor. q. ꝙ de imagine dei loqui poſ-
ſumus dupl̄r. Uno mō quantū ad id in
quo primo cōſideratur rō imaginis qḋ
eſt intellectualis natura. Et ſic imago
dei magis eſt in angelis q̄ȝ ſit in homi-
nibus: qꝛ intellectualis natura ꝑfectior
eſt in eis. Scḋo pōt conſiderari imago
dei in homīe quātum ad id in quo ſecū-
dario cōſiſtit: prout ſcilȝ in hoīe inueni-
tur quedā dei imitatio inquātū ſcilȝ hō
eſt de hoīe ſicut deus de deo et inquātū
aīa hoīs eſt tota in toto corpore eius: et
iterū tota in qualibet parte ipſius ſicut
deus ſe hȝ ad mūdum. Et ſm hec ⁊ ſilia
magis inuenit̄ dei imago in hoīe q̄ȝ in
angelo. Sed qꝛ hec cōſideratio acciden
talis eſt imagini: iō nō cōcludit ſimpli-
citer: ſed ſm quid quātū ad aliqua acci
dētalia. Jō ſimpliciter angelus magis
eſt ad imaginē dei q̄ȝ homo. Et ſic con-
cludimus ꝙ de⁹ glorioſus plus ceteris
creaturis excellētes condidit angelos.
Inter oēs autē ſiue bonos ſiue malos
preſtātior fuit lucifer: de quo Grego. de
peni. di. ij. c. principiū. ait: Hunc primū
cōdidit: quē reliquis angelis eminētio-
rem fecit. Huius primatus eminentiaȝ
cōſpicit ꝓpheta cū dicit Ezech. xxxj. Ce
dri nō fuerunt altiores illo in paradiſo
dei: abietes nō adequauerūt ſummita-
tem eius: platani non fuerunt equales
frōdibus illius. Omne lignū precioſum
paradiſi dei nō eſt aſſimilatum ei ⁊ pul
chritudini ei⁹: qm̄ ſpecioſum fecit eū et
multis cōdenſiſq; frōdibus. Quid nāq;
accipi in cedris ⁊ abietib⁹ ⁊ platanis po
teſt: niſi illa virtutū celeſtiū ꝓcere celſi-
tudinis agmina in eterne leticie viridi-
tate plātata? Que q̄uis excelſa ſint con
dita: huic tn̄ nec prelata ſunt nec equa-
ta. O quāta benignitate vſus eſt deus
tam precelſa munera largiēs illis quos
preſciebat ingratos et malos futuros.
Diſcāt illi qui liberales volūt eſſe atq;
magnifici: nō detineri quin benefaciāt
illis quos beneficijs iudicauerint eſſe
indignos: dūmodo beneficētia cedat ad
gloriaȝ benefactoris. Sit virtus ſeipſa
cōtenta. Ecce pater ſumm⁹ tā ineffabi-
lia bona cōtulit demonib⁹: q̄ tn̄ vt dicet
in ſequēti myſterio totis virib⁹ maieſta
ti ſue ſeſe obiecerūt. Neq; ꝑ ignorantiā
peccauerūt. De quib⁹ dicit magiſter in
textu diſt. iij. lib. ij. ꝙ tāta luce ſapiētie
prediti fuerunt: ꝙ erat in eis naturalis
cognitio triplex: qꝛ ſciebāt ꝙ facti erant
⁊ a quo facti erant: et cū quo: ſcilȝ mūdi
facti erant: ⁊ habebāt aliquā boni ⁊ ma
li noticiā intelligētes q̄d appetendum
vel reſpuendū illis foret.

¶ Qualiter angeli mali volūtate ꝓpria auerterunt ſe a deo: ⁊ facti ſunt ei rebelles. Capitulum. ij.

C Irca offenſionē ruentiū an-
gelorū hoc ſecūdo loco erit
immorandū: quatin⁹ agno-
ſcētes peccati eoꝝ grauitatē
intelligam⁹ deū iuſtuȝ illos



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nõ immerito ſempiternis cruciatibꝰ cõ
demnaſſe. Nouit ipſe totiꝰ cõditor crea
ture: ex quocũqꝫ malo bonuꝫ elicere: vt
Aug. dicit in lib. de libero arbitrio. Ip-
ſeqꝫ decore in hoc perfecit vniuerſi: ꝙ
bonis tribuit eternalia premia: malis
vo nunq̄ finitura ſupplicia: vt prefatꝰ
Aug. lib. xi. de ciui. dei expreſſe fatetur.
Qualiter ergo demones voluntate ſua
in maliciã cõſenſerũt: cõtẽdemꝰ hoc ple
ne diſſerere. Circa quorum offenſionem
quattuor nobis occurrũt ꝯſideratiões,

Prima dr̃ poſſibilitatis,
Scd̃a numeroſitatis.
Tertia qualitatis.
Quarta cõtrarietatis.

¶ Qr̃ angeli potuerũt peccare in puris
naturalibus conſtituti propter liberta-
tem arbitrij.

IN prima conſideratione per-
ſcrutari debemꝰ: vtrũ angeli
potuerũt peccare. Quibuſdã
videt ꝙ nõ. ¶ Primo: q: erãt
in celo empyreo loco ſublimi et ſancto.
Quibꝰ reſpõdemus: ꝙ locus nõ prohi-
bet q̇n hõ in hoc ſeculo: ⁊ angelus ante
cõfirmationeꝫ in celo potuerit peccare.
Ideo dr̃ diſt. xl. c. nos, c. nõ loca. c. multi.
c. quelibet. Nõ locus hoĩem ſanctificat:
ſed homo locuꝫ. ⁊. c. uõ eſt. Nõ ſunt filij
ſanctoꝝ q̄ tenẽt loca eoꝝ: ſed q̄ exercent
opera eoꝝ. ¶ Scd̃o arguũt: ꝙ angelus
in puris naturalibꝰ ꝯſtitutꝰ peccare nõ
potuit ꝑ locũ a minori. Qr̃ ſi in corpori-
bus celeſtibꝰ nõ põt eſſe malũ: vt dicũt
phi: ergo neqꝫ in angelis: cũ ipſi ſint di-
gniores. ¶ Ad h̃ dicit Tho. j. pte. q. lxiij.
ar. j. ad. ij. ꝙ corꝑa celeſtia nõ habẽt ope
rationẽ niſi naturalẽ: ⁊ iõ ſicut in natu-
ra eoꝝ non põt eſſe corruptionis mate-
ria: ita nec in actione naturali eorũ põt
eſſe malũ inordinationis. Sed in ange
lis vltra actionẽ naturalẽ eſt actio vo-
lũtaria liberi arbitrij ſm̃ quã contingit
in eis eſſe maluꝫ. Vñ magiſter in textu
dr̃. iij. lib. ij. Poterant inq̃t ꝑ liberũ arbi
triũ ſine violẽtia ⁊ coactione ad vtrũli-
bet ꝓpria volũtate deflecti. ¶ Tertio ar
guũt: q: appetitus nõ eſt niſi boni vel
apparẽtis boni. Sed in angelis nõ põt
eſſe apparẽs bonũ: qđ nõ ſit verũ bonũ
q: in eis vel oĩno error eſſe nõ põt: vel
ſaltẽ nõ põt precedere culpã: ergo ange
li nõ poſſunt appetere niſi illud qđ eſt
vere bonũ. Sed nullus appetẽdo illud
quod eſt vere bonũ peccat: ergo angeli
nõ potuerũt peccare. In cõtrariũ eſt rei
veritas. Unde Job. iiij. Ecce qui ſeruiũt
ei non ſunt ſtabiles: ⁊ in angelis ſuis re
perit prauitatem, ⁊. ij. Petri. ij. Deus an
gelis peccãtibus non pepercit. Dicit er
go ſanctus Tho. vbi. ſ. ad. iiij. ꝙ pecca-
tum mortale in actu liberi arbitrij con
tingit eſſe dupliciter. Uno modo ex hoc
ꝙ aliqđ malũ eligitur: ſicut homo pec
cat eligẽdo adulteriũ qđ ſm̃ ſe eſt malũ
Et tale peccatũ ſemper ꝓcedit ex igno-
rantia vel errore: alioquin id qđ eſt ma-
lum nõ eligeretur vt bonũ. Errat quĩ
dem adulter in particulari eligẽs hanc
delectationẽ inordinati actus: quaſi ali
quod bonũ ad nũc agẽdũ propter incli-
nationẽ paſſionis aut habitus: etiã ſi
in vniuerſali nõ erret: ſed veram de hoc
ſententiã teneat. Hoc mõ angelis pecca-
tũ eſſe nõ potuit: q: in angelis non ſunt
paſſiones quibꝰ ratio aut intellectus li-
getur: nec ante peccatũ habitus prece-
dere potuit ad peccatũ inclinans. Alio
modo cõtingit peccare per liberũ arbi-
triũ eligẽdo aliquid qđ ſm̃ ſe eſt bonũ:
ſed nõ cuꝫ ordine debite mẽſure aut re-
gule: ita ꝙ defectꝰ inducẽs peccatuꝫ ſit
ſolũ ex parte electionis: q̄ nõ hꝫ debituꝫ
ordinẽ: non ex parte rei electe: ſicut ſi ali
quis eligeret orare nõ attẽdẽs ordinem
ab eccl̃ia inſtitutuꝫ. Et hmõi pctm̃ non
preexigit ignorãtiã: ſed ſolũ abſentiã cõ
ſiderationis eoꝝ q̄ cõſiderari debẽt. Et
hoc mõ angeli peccauerũt: cõuertẽdo ſe
ꝑ liberũ arbitriũ ad ꝓpriuꝫ bonũ abſqꝫ
ordine ad regulã diuine volũtatis. Ala
dulfus autẽ dicit in. ij. diſt. iij. q. j. con-
clu. iiij. ꝙ abſqꝫ errore hoĩs vel angeli
in intellectu põt eſſe malicia in volũta-
te. Iõ prima radix poſſibilitatis peccãdi

di in angelis fuit voluntas creati arbitrij que potuit in oppoſita ꝓ libito.

¶ De numero angeloꝝ qui peccauerũt.

SEcũda cõſideratio circa offenſionẽ angeloꝝ dicit numeroſitas. Ubi videre habebimus: vtrum plures angeli peccauerũt ꝙ̃ adheſerunt deo. Et ꝙ plures aliqui ſic oſtẽdũt. Prio q2 phs dicit: Malũ eſt vt in pluribꝰ: bonũ vt in paucioribus. Itẽ Juſticia et peccatũ eadẽ rõne inuenit in angelis ⁊ hoibus: ſed in hominibus plures inueniunt mali ꝙ̃ boni: ſm illud Eccĩ. j. Stultoꝝ infinitꝰ eſt numerus: ergo in angelis plures defecere in malicia ꝙ̃ ſteterũt i iuſticia. ¶ Cõtra iſtos eſt glo. iiij. Reg. vj. c. vbi dicit: Plures nobiſcum ſunt ꝙ̃ cũ illis: qd̃ de bonis angelis exponit qui ſunt nobis in auxiliũ: ⁊ de malis q̃ nobis aduerſantur. ¶ Rñdet Tho. vbi. ſ. ar. ix. ꝙ plures angeli remãſerũt ꝙ̃ peccauerunt. Et qd̃ obijcit de malo: et de hoibus: intelligit de hoibus non de angelis: q2 in hoibus malũ eſt: vt in pluribus ex eo ꝙ ſequuntur bona ſenſibilia: que ſunt pluribꝰ nota: deſerto bono rõnis: qd̃ eſt paucioribus notũ: in angelis nõ eſt niſi natura intellectiua. Uñ nõ eſt ſilis ratio. Uerũ eſt ꝙ nonnulli curioſius inueſtigare conati ſunt: quot hoies erũt ſaluandi. Et quidã dixerũt: ꝙ tot quot angeli perierũt. Quidã ꝙ tot quot remãſerũt. Quidã vero ꝙ tot quot ceciderunt: ⁊ inſuꝑ ꝙ tot quot fuerũt oẽs ſimul: vt dicit Tho. j. parte. q. xxiij. ar. vij. Sed meliꝰ eſt illud relinquere ſapiẽtie dei cui eccĩa i quadã collecta dicit: Deꝰ cui ſoli cognitꝰ eſt numerus electoꝝ in ſupna felicitate locãdus. Qr vero de numero angelorum loquimur: notãdũ ꝙ nõ eſt acceptãda ſententia phoꝝ humana ſapientium. Plato eñ poſuit numerũ ſubſtantiarũ ſeparatarũ ſm numerũ ſpecierũ ſenſibiliũ. Et Ariſto. xij. Meta. ſm numerũ orbiũ aut motuũ: ſcilꝫ ad plus. Immo firmiter tenendũ eſt ſm Landulfum in. ij. di. iij. q. vlti. cõcluſione. ij. ⁊ Tho. j. parte. q. v. ar. iij. ꝙ plures numero ſunt angeli: ꝙ̃ oĩa alia etiã ſimul ſumpta: ⁊ arene maris: ⁊ gutte aque: ⁊ ſtelle celi. Qd̃ probat per Diony. xiiij. c. cele. hierarchie di. Multi ſunt exercitꝰ ſupnarũ mãſionũ infirmaꝫ ⁊ ꝯſcriptã noſtroꝝ materialiũ numerorũ cõmenſurationẽ excedẽtes. De numero angeloꝝ dr̃ Dañ. vij. Milia miliũ miniſtrabãt ei: ⁊ decies centena milia aſſiſtebãt ei. Ponit hic numerꝰ determinatus ꝓ indeterminato. ⁊ Mat. xxvj. c. dicit xps: An putas q2 nõ poſſum rogare patrẽ meũ: ⁊ exhibebit mihi nõ plus ꝙ̃ duodecim legiones angeloꝝ. Quare autem tot ſint angeli a deo producti. dicit Tho. j. parte. q. v. ar. iij. Quis quãto aliqua ſunt magis ꝑfecta: tãto ſunt in maiori exceſſu creata a deo. Sicut aũt i corporibus exceſſus attẽdit ſm magnitudinẽ: ita in rebꝰ incorporeis exceſſus poteſt attendi ſm multitudinẽ. Uidemus aũt ꝙ corpora ſuperiora que ſunt perfectiora excedũt quaſi incõparabiliter corpora inferiora ſm magnitudinẽ. Nã tota ſphera actiuoꝝ et paſſiuoꝝ eſt aliq̃d modicũ reſpectu corpoꝝ celeſtiũ. Uñ rationabile eſt ꝙ ſubſtãtie immateriales excedãt ſm multitudinẽ ſubſtãtias materiales: quaſi incõparabiliter.

¶ Quale fuit peccatum luciferi angeloꝝ ſibi adherentium.

TErtia cõſideratio de angelis peccãtibus dr̃ qualitatis. In qua ſolerter attẽdẽdũ eſt vt ſciamus quale fuit luciferi ⁊ alioꝝ pctm̃. Et refert Boñ. di. v. ar. j. q. j. ſcd̃i. ꝙ pctm̃ luciferi inchoatũ eſt in preſumptione. Statim eñ vt ſuã pulchritudinẽ vidit ꝑſumpſit. Cõfirmatũ i ambitione: q2 ꝑſumẽs de ſe appetijt qd̃ omnino ſupra ſe fuit: ⁊ ad qd̃ ꝑuenire non potuit. Cõſummatũ eſt i inuidie et odij auerſione: q2 ex quo obtinere nõ potuit qd̃ appetijt deo inuidere cepit: ⁊ affectu odij cõtrarie. Angeli vero minores adheſerũt lucifero querẽtes eſſe beati ſine meritis. Et vt dicit Hugo de ſcõ victore. oẽs in eandẽ maliciã cõſenſerũt: ⁊ vnuꝫ

ordinē ꝑuerſe ſocietatis fecerūt. Qua-
re tā lucifero ꝙ̄ reliqꝫ ꝓpria ⁊ volūta-
ria ſupbia fuit cā illoꝝ ruine. Nihilomi
nus in his dubitare ꝯtingit: vtrū luci-
fer appetijt eſſe ſicut de⁹? Et ꝙ ſic: pꝫ ꝑ
Eſaiā. xiiij. c. Dicit em̄ ibi ī. ꝺ. c. diabol⁹
Aſcendā in celū ⁊ ero ſilis altiſſimo. Et
Aug. in li. q. noui ⁊ veteris teſtamenti
dicit: Elatiōe inflat⁹ voluit dici de⁹. Et
in lib. de virginitate ſubdit: Diabol⁹ in
celo voluit eſſe ſicut de⁹. Sꝫ mirū videt
immo īpoſſibile q̄buſdā ꝙ angel⁹ tāta
luce ſapiētie ꝑdit⁹ appetierit id qđ erat
impoſſibile: cū vt inq̄t Ariſt. iij. ethi. ele
ctio nō ſit īpoſſibiliū. Propterea ſcien
dū ſm̄ Tho. pte. j. q. lxiij. ar. iij. ꝙ appe
tere eſſe vt de⁹ pōt ītelligi dupl'r. Uno
mō ꝑ eq̄parātiā ſeu equalitatē. Scđo
mō ꝑ ſilitudinē. Primo mō nō potuit
appetere eſſe vt de⁹: q2 ſciuit hoc eē im
poſſibile naturali cognitiōe: nec primū
actū peccādi in ipo ꝓceſſit vel habitus
vel paſſio ligās ipſi⁹ cognoſcitiuā ꝟtu-
tē: vt ī particulari deficiēs eligeret im-
poſſibile: ſicut in nobis īterdū accidit.
Appetere aūt eſſe vt de⁹ ſm̄ ſilitudinē
cōtingit dupl'r. Uno mō quātū ad id ī
quo aliq̄d natū eſt aſſimilari deo. Et ſic
ſi aliq̄s quātū ad h̄ appetat eē deo ſilis
nō peccat: dūmō ſilitudinē dei debito
ordine appetat adipiſci. vt. ſ. illā a deo
habeat. Peccaret nāqꝫ ſi q̄s appeteret
ſm̄ iuſticiā eē ſilis deo ꝑ ꝓpriā ꝟtutē: ⁊
nō ex virtute dei. Alio mō pōt aliquis
appetere eſſe ſilis deo quantū ad id in
quo nō eſt natus aſſimilari: ſicut ſi q̄s
appeteret creare celū ⁊ terrā qđ eſt pro
priū dei: in quo appetitu eſſet peccatū
hoc modo lucifer appetijt eſſe vt deus:
q2 appetijt finalem beatitudinē ꝑ ſuā
virtutē habere: quod eſt proprium dei.
❡ De bello realiter geſto inter angelos
bonos et malos.

Quarta cōſideratio dꝫ cōtra-
rietatis. In qua de bello ge
ſto ī angelica natura tractā-
dū eſt: de quo Apoc. xij. ſcri
bit̄ ſic. Factū eſt preliū ma-
gnū in celo michael ⁊ angeli ei⁹ ꝑliabā
tur cū dracone: ⁊ draco pugnabat ⁊ an
geli ei⁹: ⁊ nō valuerūt neqꝫ locus eoꝝ
āplius īuētus eſt in celo. ❡ Querit̄ hic
vtrū illđ fuit bellū reale? Et Frāciſcus
de mayrone ī. ij. di. vj. dicit ꝙ ſic: lꝫ nō
fuerit corpale. Naꝫ ꝑter ea q̄ ꝑtinet ad
potētiā executiuā exprimur aliqua ḡna
belloꝝ ꝑtinentiū ad opatiōes īmanen
tes. Primū eſt īter appetitū ſenſitiuū
⁊ ītellectiuū. Appetit⁹ em̄ iſti īclinant̄
ad oppoſita. Scđꝫ bellū ē int̄ ītellectū
⁊ volūtatē: ſicut qn̄ rō iudicat aliq̄d fa-
ciēdū ⁊ volūtas renuit. Tertiū bellū eſt
īter volūtatē ⁊ volūtatē: nō vnius ad
ſe: ſꝫ duoꝝ hoim. Quartū bellū ē inter
intellectū et intellectū: ex cōtrarijs opi
nionibus ꝑ rōnes oppoſitas. Bellū er-
go angelorum bonoꝝ ⁊ maloꝝ actū eſt
iuxta tria q̄ in ſpūali natura repiūtur
que ſunt: ratio: volūtas: ⁊ facultas. Per
rōnem nempe electi ⁊ reprobi angeli cō
traria ſentiebāt. Per volūtatē ad cōtra
ria afficiebātur. Per facultatē ad cōtra-
ria nitebātur. Nā electi angeli ſublimi-
ter ſentiebāt de deo ⁊ gratia eius: et ad
gratiā ⁊ gloriā ei⁹ afficiebātur: ⁊ ꝑ facul
tate ſibi data ꝓ illis nitebant̄. Angeli
ꝟo ſuperbiētes contēnentes gratiam ⁊
gloriā dei ſublimiter ſentiebāt de boni-
tate nature ſue: ⁊ ꝓpter hoc ad propriā
gloriā afficiebātur: ⁊ toto niſu in cōtra-
rium electis ſpiritibus ferebātur. Ma-
gnis ergo affectionibus electi et repro-
bi angeli in cōtraria ferebātur: boni in
creatorem: mali in naturā: boni in gra-
tiam: mali cōtra illā: boni in diuinum
amorē: mali in odiū dei.

❡ Qualiter angeli mali puniti ſunt: nec
potuerūt reſiſtere potētie dei. Capm̄. iij.

Experti ſunt angeli mali ꝙ̄ro
buſta ſit ⁊ valida manus dei
excelſi. Nulla equidē ſua vir
tute: nulla ſapiētia: nulla po
tētia: nullaqꝫ concordi conuentione ad
malū potuerūt reſiſtere ire dei. Ipſe de-
poſuit eos de ſede et inimicos ſibi fa-
ctos punit grauiſſima pena. Idcirco in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoc tertio myſterio de illorum pene grauitate erimus verba facturi. Quā quadrupliciter cōſiderabimus: videlꝫ

Primo rōne impedimēti.
Scđo ratione loci.
Tertio rōne ſupplicij.
Quarto rōne termini.

¶ Qꝛ demones nō poſſunt ꝓ libito vti donis nature: q̄ adhuc manent in ipſis.

PRimo conſiderare debemus grauitatē pene maloꝝ angelorū rōne impedimēti. Quia cū dona nature in ipſis maneant integra: vt dicit Diony. lib. de diui. nomi. verūtñ impeditur actus executio ꝛ vſus illoꝝ: ita vt nō poſſint facere ea que velint. Sunt autem inter cetera tria in demonibus: de quibus pro libito diſponere nō poſſunt.

Primū eſt naturalis exiſtētia.
Scđm naturalis ſapiētia.
Tertiū naturalis potētia.

¶ Primū qđ eſt in demonibus eſt naturalis exiſtentia. Sunt enī demones natura pulcherrimi: neqꝫ quantū ad ſubſtātiam ſue nature ſunt angelis bonis turpiores: ꝛ tamē hominibꝰ in ſui ſubſtātia ꝛ decore apparere nō poſſunt: immo apparent in corporibus aſſumptis in aliqua viſione: ſicut deo placet cū deformitate tali ac tanta ꝙ vidētes illos in tali aſpectu maxime terrētur ꝛ cōtriſtanť. Quo fit vt virgo glorioſa in ſuo felici trāſitu petierit ab angelo: vt hāc pre ceteris filius eius ieſus benedictus grām dignareť cōcedere: ne imūdos demones: horribileſqꝫ videret. Sed fabule videnť iſta q̄buſdam: q̄ multa ſcire ſe arbitranť. Inquiūt enī demones nō reperiri cōtra quos offerūt ſe iuincibilia teſtimonia oīſs ſcripture. Vñ Leuiť. xvij. c. bꝛ: Nequaꝙ̄ vltra imolabūt hoſtias ſuas demōibus. ꝛ Tobie. vj. c. Sara tradita fuit ſeptē viris: ꝛ demoniuꝫ illos occidit. ꝛ pš. xcv. Oēs dij gētium demonia. ꝛ pš. cv. Immolauerūt filios ſuos ꝛ filias ſuas demonijs. ꝛ Matth. iiij. c. Obtulerūt xp̄o eos q̄ demonia habebāt. ꝛ Matth. vij. In noīe tuo demonia eiecimus. ꝛ Mat. viij. Obtulerūt ei multos demonia habētes. ꝛ Mat. xij. Oblatꝰ eſt ei demoniū hñs. ꝛ Mat. xv. Filia mea male a demonio vexatur. Et Mat. xvij. Exijt demoniū ꝛ curatus eſt puer. ꝛ Mar. j. Demonia multa eijciebat. ꝛ. xvj. In noīe meo demonia eijciēt ꝛ Luce. iiij. In ſynagoga erat hō demoniū habēs ꝛ exclamauit. ꝛ Luc. vij. Venit Iohes baptiſta nō māducās panē: neqꝫ bibēs vinū. ꝛ dicitis: Demoniū habet. ꝛ Luc. viij. Occurrit ei vir quidam q̄ habebat demoniū iā tpibus multis. ꝛ Lu. xj. Erat ieſus eijciēs demonium. et Ioh. viij. Ego demoniū nō habeo. ꝛ Iohā. x. Dicebāt multi demoniū hꝫ ꝛ inſanit. ꝛ Apoca. xviij. Cecidit babylon illa magna: ꝛ facta eſt habitatio demonioꝝ. ꝛ Plato in Thim. Inuiſibiliū diuinarū poteſtatū: q̄ demones nuncupanť p̄ſtare rōnē: maius eſt opus q̄ꝫ ferre valeat hoīs ingeniū. ꝛ Apuleius de quo meminit Aug. ponit demones eſſe. ꝛ Porphyrius adhuc de illis loquiť: vt patuit. ſ. Lacť. li. ij. diuinarū inſtitutionū. Poete ꝛ ſciunt eſſe demones: ꝛ loquunť. Tales mileſius mūdum animatū eſſe dicit ac demonibus plenū. Socrates eſſe circa ſe aſſiduū demoniū loquebať: vt dicit Lacť. Idez teſtať Apuleius: qui ſup hoc librum edidit queꝫ vocauit de deo Socrates. ꝛ teſte Xenophōte li. de morte Socratis in orone quā ab atheniēſibus condemnandus fecit: ſic inter cetera dicit: Enimuero iā bis mihi defenſionem paranti demonium aduerſať Ariſto. in ꝓlogo li. de ſomno ꝛ vigilia querit. An ſomnum ꝓcedat a cauſa aliqua naturali: vel eum aliqđ demonium operetur. Hermes termegiſtus ſm Augu. de ciui. dei. li. viij. c. xxiiij. demones eſſe fateť Calcidius ſuper Thim. Platonis de demonibus diffuſe mentionem facit Ptolomeꝰ in quarto quadripartiti malignos ſpiritꝰ demones appellat. Sufficere ergo debēt tātoꝝ teſtimonia ad fidē faciendā de demonibus reprobatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ De cognitione ⁊ ſcientia demonū.

Secundū qꝺ eſt in demonibꝰ eſt naturalis ſapientia. Iſidorus in. viij. etymo. ait: Angelus malus ꝺr diabolus hebraice. i. deorſum fluens: grece vero diabolus. i. criminator. Vocatur etiam ſathanas. i. aduerſariꝰ ⁊ demon. i. peritus ac rerū ſcius. Vellēt ergo demones contra nos vti omni aſtutia ſua: ſed nō ſinit illos deus; qui ſua clementia ad euitandas fraudes ⁊ deceptiones eoꝝ reſperſit nos luce veritatis: miſitqꝫ filiū ſuū vnigenitū in mundū: q̄ fuit lux ⁊ ſplendor oīs doctrine. Ioh. j. Erat lux vera. ⁊ Ioh. viij. dicebat: Ego ſum lux mundi. et Ioh. xiiij. Ego ſum via veritas et vita. ¶ Hic tñ dubitari ſolet. Utrū intellectus demonis poſt peccatū cognoſcat aliquā veritatem? Et arguitur ꝙ non. Primo: qꝛ ſi aliquā veritatē cognoſcerent: maxime cognoſcerēt ſeipſos: quod eſt cognoſcere ſubſtantias ſeparatas. Hoc aūt eorū miſerie non conuenit: cū ad magnā felicitatē pertinere videatur: in tantū ꝙ quidā vltimam beatitudinē poſuerūt in cognitione ſubſtantiarū ſeparataꝝ: ergo demones priuant̄ omni cognitione veritatis. Inquit eñ Lact. Nullius eſt ſuauior anime cibus ꝙ̄ cognitio veritatis. ⁊ Ariſ. x. ethi. dicit: Videt̄ phīa admirabiles delectatiōes habere. Delectatio aūt non cōuenit demonibus: ergo nullam veritatē cognoſcūt: ⁊ eoꝝ intellectus eſt totaliter excecatꝰ. ¶ Reſpondet his Tho. j. parte. q. lxiiij. ar. j. ꝙ duplex eſt cognitio veritatis. Una que habetur per grãm. Alia ꝑ naturā. Prime cognitio duplex eſt. Una eſt ſpeculatiua tm̄: ſicut cū alicui aliqua ſecreta diuina reuelantur. Alia vero que eſt effectiua: producens amorē dei: ⁊ hec proprie pertinet ad donum ſapientie. Harū autē trium cognitionū: cognitio naturalis nec eſt ablata nec diminuta. Conſequuntur eñ ipſam naturā angeli qui ſm ſuā naturaꝫ eſt q̄dā intellectꝰ vel mēs. Cognitio aūt q̄ eſt ꝑ grãm in ſpeculatiōe ꝯſiſtēs nō eſt eis totaliter ablata: ſꝫ diminuta; qꝛ de hmōi ſecretis diuinis tātū eis reuelat̄ quātū oportet vel mediātibꝰ angelis: vel ꝑ aliquos tēporales diuine ꝟtutis effectꝰ. vt Aug. dic̄. ix. de ciui. dei. c. xxiij. nō aūt ſic ipſis ſctis angelis q̄bꝰ plura ⁊ clariꝰ reuelātur in ipo ꝟbo. Cognitione aūt effectiua totalr̄ priuati ſunt ſicut ⁊ charitate. ¶ Ad argumētū vero dicēdū: ꝙ felicitas cōſiſtit in applicatione ad id qꝺ ſupꝛ eſt. Subſtantie aūt ſepate ſunt ordine nature ſup nos. Un̄ aliq rō felicitatis eſſe pōt homini ſi cognoſcat ſubſtātias ſeparatas: lꝫ pfecta felicitas ſit in cognoſcēdo ſubſtātiā primā ſcꝫ deū. Sed ſubſtātie ſeparate cognoſcere ſubſtātiā ſeparatā eſt cōnaturale: ſicut et nobis cognoſcere naturas ſenſibiles. Unde ſicut nō eſt in hoc felicitas hoīs ꝙ cognoſcat naturas ſenſibiles: ita non eſt felicitas angeli in hoc ꝙ cognoſcat ſubſtantias ſeparatas. Ad autoritates vero allegatas q̄ vidētur excludere cognitionē naturalē a demonibꝰ dicit Rich. in. iiij. diſt. l. ar. iij. q. j. ad. j. ꝙ q̄uis vſus ſciētie ſit ꝑ ſe delectabilis: tñ ꝑ accidēs pōt eſſe triſtabilis. Natura q̄ppe dānatoꝝ tā angeloꝝ q̄ꝫ hoīm ita eſt plene cōprehenſa triſticia: vt oīno ſint indiſpoſiti ad aliquam delectationē: quare vſus ſcientie in eis nullam poterit generare delectationem aut ſuauitatē.

¶ De naturali potētia demonū.

Tertiū qꝺ eſt in demonibꝰ eſt naturalis potentia: de qua Iob. xlj. c ꝺr: Nō eſt ptās ſup terrā que cōparetur ei. Poſſunt demones facere mira: etſi nō miracula: ⁊ naturā adiuuando ad ſtupēdos effectus cōcurrere vt patebit. Poſſunt ſenſus deludere poſſunt vexare corpora poſſunt aquas maris ſup terrā ſpargere: ⁊ alia facere que ipi vellēt que ſi permitteret deꝰ: tota pene mūdialis machina turbaret̄: ſuffocarent̄ hoīes: ruerent domus: ſiccarent̄ herbe: arboreſqꝫ ꝛ pu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tationes indies viderent in oībus ele=
mētis. O pietas dei bñdicti: que impe=
tū inimicoꝝ extinguit: nec ſinit illos cō
tra nos exercere qḋ ſatis ambiunt et ſi
qñq̨ id fieri ꝑmittat: iuſta ſunt eiꝰ iudi
cia et nobis inſcrutabilia. Ex dictis tñ
oībus demones atrociter cruciātur.

¶ Q demones vſq̨ ad diē iudicij ſunt
in hoc aere caliginoſo: et poſt ad infer=
num deſcendēt.

SEcūdo cōſiderāda eſt pena
demonū rōne loci. Proiecti
equidē fuerūt a celo empy=
reo in hūc aerē caliginoſuꝫ:
de quo ait Aug. iij. ſup Ge=
ne. ad litterā. Aer caliginoſus eſt quaſi
carcer demonibꝰ vſq̨ ad tēpus iudicij.
Et Tho. j. parte. q. lxiiij. arti. iiij. Locus
iſte datur demonibus ratione exercita=
tionis humane. Naꝫ procuratio ſalutis
noſtre protēditur vſq̨ ad diē iudicij: et
vſq̨ tūc durat miniſteriū angeloꝝ ⁊ ex=
ercitatio demonū. Deſcendūt tñ aliqui
ad infernū: vt ibi dānatos verent. Poſt
diē vo iudicij ſimul cū dānatis hoībus
ibi oēs recludētur. Sed hic ſpeculari li
bet: qm̄ eſſe extra celū empyreum nō de=
bet demonibus in penam cedere: qm̄ ſpi
ritualis natura nō afficit loco: ergo nul
lus locus eſt demonibꝰ penalis. Reſpō=
det Tho. j. parte. q. lxiiij. ar. iiij. ad. j. ꝙ
locꝰ nō eſt penalis angelo aut aīe quaſi
afficiēs alterādo naturā: ſed quaſi affici
ens volūtatē ꝯtriſtādo dū angelus vel
aīa apprehēdit ſe in loco nō cōuenīēti.
Si vo obijceret ꝙ angelus nō ſit in lo
co: qꝛ vt dicit Boe. in li. de hebdomadi
bus. Cōis animi cōceptio apud ſapien=
tes eſt incorporalis in loco non eſſe. Et
Ariſt. iiij. phyſ. Nō oē qḋ eſt: eſt in loco
ſed mobile corpus: ergo angelus nō eſt
in loco. Reſpōdet Tho. j. parte. q. lij. ar.
cium: miam: et fidem. Tales ſunt multi
qui ſibi conſcientiā de minimis faciunt
que aliqñ pctā non ſunt: tamen de odio
formali ꝓximi: de detractionibus ⁊ in⸗
famis nō curant. ⁊ iterum. Uhe vobis
ſcribe ⁊ phariſei hypocrite q̄ mundatis
qđ deforis eſt calicis ⁊ paraphidis: ītus
aūt pleni eſtis rapina ⁊ immūdicia. Ta
les ſunt qui tm̄ opiniones vulgariū de
qbuſdā ad rē nō pertinentibus paſcūt:
vt ferre ante oculos ſcapulare: ⁊ nudos
oſtēdere pedes ac ſimilia: que ſi fiant vt
hoībus oſtendant: hypocriſis vitiū ſa⸗
piunt. Secus ſi bono animo ⁊ propter
diuinū amorē. ⁊ iterum. Uhe vobis ſcri
be ⁊ phariſei hypocrite: q̄ ſimiles eſtis
ſepulcris dealbatis: que foris parēt ho
minibus ſpecioſa: intus ꝟo plena ſunt
oſſibus mortuoruꝫ ⁊ omni ſpurcitia. Et
iterum. Uhe vobis ſcribe ⁊ phariſei hy
pocrite qui edificāt momēta propheta⸗
rum: patres aūt veſtri occiderunt illos.
Nec miruꝫ ꝙ ita acriter perſecutus eſt
hypocritas xp̄s: q2 dr̄ Eſa.ix. Omnis hy
pocrita eſt nequā. ⁊ Aug.lxxxiij. di.c. ne
mo. Nemo nocet amplius ī eccl'ia: q̄ꝫ q̄
ꝑuerſe agēs nomen vel ordinem ſancti
tatis ⁊ ſacerdotis habet. Cōcordat huic
ſententie Ciceronis dictum in.j. de offi.
Totius iniuſticie nulla capitalior eſt ꝙ
eorum qui cum maxime fallūt: id agūt
vt boni viri eſſe videantur. Cognoſcere
poſſunt omnes ſapientes ⁊ viri graues
hypocritas a fructibus eorū: vt docuit
chriſtus Mat.vij. qui ſunt proximoruꝫ
odia: perſecutiones: detractiōes: impa⸗
tientie: ambitiones: appetitus honoris
⁊ laudis: diligentia querēdi fauores do
minorum temporalium: mēdacia: fictio
nes: extra clauſtruꝫ diſcurſus inutiles:
mulierum frequentationes ⁊ conuerſa
tiones: ⁊ his ſimilia. Taceo qđ ſcio: qđ
vidi: quod audiui: vnuſqſqꝫ iudicet ſe⸗
ipſum. Unuꝫ tamen aſſerere poſſum ꝙ
rariſſimi ſunt qui religioſam vitam ꝓ⸗
fitentes aut ſpiritualem: hypocriſis la⸗
be non deturbentur. Fatetur hoc Hie⸗
ro. qui li.ij. cōtra pelagianos ait: Quis
alijs vitijs carere poſſumus: hypocriſis
maculam non habere: aut nulloruꝫ aut
paucorum eſt.

¶ Qr ſuperbi pertinaces ſequuntur ꝓ⸗
prium ſenſum.

Tertius fructus ſuperbie di⸗
citur pertinacia. Dicitur ꝑ⸗
tinax qui ita firmiter ſuo he
ret ſenſui: vt nemini velit ac
quieſcere: ſequitur proprias
opiniones ⁊ iudicia ſpretis conſilijs et
ſapientum ⁊ amicorum dictis. Ne igit̄
quis pertinax deprehendatur: tria prin
cipaliter debet obſeruare. ¶ Primuꝫ vt
proborum viroruꝫ ſententijs magis q̄ꝫ
proprie inhereat. Hoc ſcribitur ex de cō
ſtitutionibus.c. ne innitaris. vbi ſic ha⸗
betur: Ne innitaris prudentie tue. Pru
dentie ſue innititur qui ea que ſibi agē⸗
da vel dicenda videntur: patrum decre⸗

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tis preponit. Idē ponitur ex eo.c.cano
num.τ.viij.q.j.c.ſciendū.τ.iij.q.ix.c.
pura. Scdm vt a ceptis que bona cre/
debat: τ poſtmodū competit mala ſiue
in dictis ſiue in factis: retrocedat. Vn̄
dicitur.xxij.q.iiij.c. diffinitio. Diffini/
tio incauta laudabiliter eſt ſoluenda.
Idem in ſententia ponitur in.ca. ma/
gne. Auguſtin⁹ doctor eximius fecit li/
brū retractationū. Arri⁹ hereticus fuit
pertinax: τ periit. Sic caius flāminius
fuit pertinax: τ princeps: τ ab hanniba
le apud lacū tranſimenum deuict⁹ eſt:
τ occiſus. ❡ Tertium quod obſeruādū
eſt vt euitetur pertinacia: ꝙ quantum/
cūq₃ homo ſit ſapiens: in rebus tamen
duris et arduis vtatur maturis conſi/
liis. Inquit enim Hiero. ſuper illo ver
bo Eſaie.iij. Et conſiliarius nō eſt tibi
Greci poete laudabilis ſapientie dixe/
runt primum eſſe beatum qui per ſe ſa/
piat: ſecundum qui ſapientem audiat.
Qui autem vtroq₃ caret: hunc inutilē
eſſe tam ſibi ꝙ̄ aliis.

❡ Q superbi ingrati ſunt deo τ hoīb⁹.

Quartus fructus ſuperbie di
citur ingratitudo. Solēt ſu
perbi eſſe ingrati deo et ho/
minibus. Nam ſuperb⁹ be/
neficia et dona que habet a
ſe habere: aut propriis meritis credit.
Cui apl'us.j.ad Cor.iiij. ait: Quid ha/
bes qd non accepiſti? Si aūt accepiſti
cur gloriaris: quaſi non acceperis? Et
Iacobi.j.c. Oē datū optimū τ oē donū
perfectū deſurſū eſt. Superbus ergo
nec deū recognoſcit: nec primo benefi/
co refert grās: imo ſemꝑ detrahit: ſem/
per conqueritur: quia nulli vellet ſub/
ditus eſſe vel obligatus.

❡ De q̄ttuor aliis fructib⁹ ſupbie: quoꝝ
prim⁹ eſt inobediētia. Articulus.iij.

SI diuerſis iaculis non vul/
neraret ſupbia mētes mor/
taliū: nō inſudarē tā diu ad
ei⁹ reprobationē. Sꝫ q: ipa
pene oēs inuoluit: τ vix re/
peritur qui ab ipſa ſit alien⁹: iccirco in
hoc articulo de quattuor eius fructib⁹
vltimis adhuc dicemus. ❡ Primus itaq₃
fructus inobedientia vocatur. Et hoc
filii parētibus: ſubditi prelatis: τ infe
riores ſuperioribus obedire contēnūt.
Hoc autē maxime perficitur in illis q̄
ſe bonos reputantes cū videāt de facto
malos ſuperiores τ prelatos ab eorum
obedientia ſe eximunt: reputantes ini
quum τ iniuſtū fore vt boni criminoſis
ſubiiciantur et reis. Contra iſtos dicit
Alex. in.iij. ſumme. in.q. vtrū boni ſub
iici teneantur malis. in.q.xlviij. mē.ij.
ar.j. ꝙ ſic. q: mali ſubiiciuntur malis
propter vitium puniendū: τ boni ſubii
ciūtur malis ex dei ordinatione ꝓpter
vtilitatē ſue purgationis. Vn̄ Amb. ſu
per epl'am ad Rom.xiij. ait ſup illo ver
bo. Principes nō ſunt timori boni ope
ris. Si bon⁹ eſt princeps bn̄ operantes
nō punit ſed diligit: ſi malus eſt nō no
cet bono ſed purgat eū. Et in.q.xl. mē.
iij. Utrū prelatus malus poſſit iudicare
inferiorē bonū? Rn̄det ꝙ pōt de officio
ptātis. Et adducit exēplum Saulis de
quo.viij.q.j.c. audacter.τ.ij.q.vij.c.ple
rūq₃.τ.j. Reg.xxiiij. Qui cū eſſet a dn̄o
reprobatus: iudicabat tn̄ populū dei et
vniuerſus populus eius iudiciū expe
bat. Unde dixit Dauid poſt reprobatio
nem profitens ipſum eſſe iudicē a dn̄o.
Propitius ſit mihi dn̄s vt non extendā
manū meā in xp̄m dn̄i. Dauid etiā cum
eſſet adulter et homicida interrogatus
a ꝓpheta: ſententiā in diuitē dedit q̄ ra/
puit ouē pauperis dicēs: Iudiciū mor
tis eſt viro huic. Salomon etiā amore
mulierum deprauatus coluit deos gen
tium: tamen vniuerſa plebs iſraelitica
ad eius iudicium confluebat. Et in queſ
tione. Utrum honor ſit exhibēdus ma
lo prelato. dicit Alexā.q.xxxiij. mem.iiij.
ar.v. ꝙ q̄diu ab eccleſia toleratur debe
tur ſibi honor: et q̄uis male preſideat:
quouſq₃ ab eccleſia deponat: vt bn̄ pre
ſidēs debet haberi. Nec debent inferio
res iudicari vtrū bene operētur: ſed ma
los dn̄s iudicabit. Et in.q. Utrum ma

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lus prelatus magis ſit honorandus q̄ȝ
bonus ſubditus. Dicit ꝙ malus prela-
tus inquātū prelatus magis dȝ honora
ri q̄ȝ bonus ſubdit⁹: q꞉ magis eſt in par
ticipatione debiti honoris. Cōfirmātur
dicta per Alexā.j. Petri.ij. vbi dicitur:
Serui ſubditi eſtote in omni timore do
minis: non tm̄ bonis et modeſtis: ſed
etiam diſcolis. Et ad idē eſt textus diſt.
ix.c.j.§. quicunqȝ.ꝛ.xj.q.iij.c. iulianus.
c.qui reſiſtit.c. ſi dominus.c. imperato-
res.c.quid ergo mirum.ꝛ.c.ſi is.Dū igi-
tur prelati mali precipiunt ea que non
ſunt contra deum et bonos mores: au-
diēdi ſunt iuxta precepta dn̄i Matth.
xxiij.dicētis: Super cathedrā moyſi ſe-
derunt ſcribe ꝛ phariſei. Oīa ergo que-
cūqȝ dixerint vobis ſeruate ꝛ facite: ſm
opera vo eoꝝ nolite facere.

¶ Qꝛ ſuperbi ſunt curioſi ſcire que non
poſſunt aut non debent.

SEcundus fructus ſuperbie
curioſitas vocatur. Scd̄m
autem Thom̄.ij.ij.q.clxvij.
ar.j. curioſus aliquis poteſt
dici multipliciter. ¶ Primo
q̄ q̄rit ſcire qd̄ ſupra vires eſt. Cōtra il-
lud qd̄ ſcribitur Eccī. iij. Altiora te ne
queſieris: et fortiora te non fueris per-
ſcrutatus. Sic ſunt curioſi qui volunt
inueſtigare ingenio ſuo ſecreta dei. Pro
quibus dicit Lactātius libro.j. diuina-
rum inſtitutionum. Ueritas ꝛ arcanuȝ
ſummi dei qui fecit oīa ingenio ac pro-
prijs ſenſibus non poteſt comprehendi
Alioquin nihil inter deum hominemqȝ
diſtaret: ſi cōſilia ꝛ diſpoſitiones illius
maieſtatis eterne cogitatio aſſequeret
humana. ¶ Secundo dicit curioſus cū
quis querit ſcire alioꝝ facta: que ad ip-
ſum nō pertinent. Nam quilibet ſeipm
inſpicere habet non ꝓximos: vt dixi in
quadrageſimali de iudicio curioſo ꝛ te-
merario. Qm̄ vt inquit Cicero in q̄ſtio-
nibus tuſculanis. Propriuȝ ſtulticie eſt
aliena vitia cernere ſuoꝝ obliuiſci. Ue-
rum hodie impletur illud dictū Sene.
li.ij.de ira. Aliena vitia ante oculos ha
bemus: a tergo nr̄a. Et de hoc ait Mar
cialis coquus. Ad fratris culpam aqui
le tu lumina portas. ¶ Tertio dicit ali-
quis curioſus cum querit ſcire quod ſci
re peccatum eſt: vt artes magicas. Naȝ
vt dicit ſanctus Bon̄.in.ij.di.vij. parte
ij.arti.ij.q.iij. Huiuſmodi artes exerceri
non poſſunt abſqȝ peccato: quia prohi-
bitum eſt: ꝛ per legē diuinam. vt patet
Leuit.xx.ꝛ per legem poſitiuam. vt ha
bet.xxvj.q.v.c. Si quis.j.c.qui diuina
tiones.ꝛ.c.non liceat. Ratio huius ꝓ-
hibitionis eſt: q꞉ qui diaboluȝ aduocat
per magicas artes: aut quouis modo:
peccat in ſeipſum dum ſe committit di-
ſcrimini: peccat in eccleſiam dum habet
commercium cum illo: qui eſt omnino
preciſus ꝛ eccleſie aduerſarius: peccat
etiam in maieſtatem diuinam dum re-
currit ad diabolum quaſi deus non ſit
omnipotēs ꝛ ſufficiens atqȝ benignus.
¶ Quarto pōt aliquis dici curioſus cū
querit ſcire qd̄ ſcire nō eſt pctm̄: ſed cuȝ
indebito modo: vt faciūt illi qui volūt
acq̄rere ſcīam per artē notoriā. ¶ Et q̄n
to dꝛ q̄s curioſus cū querit ſcire: ſed nō
ad debitū finem.

¶ Qꝛ ſuperbi ſunt contētioſi.

TErtius fructus ſuperbie cō-
tentio vocat: q꞉ ſuperbi ſo-
lent eſſe verboſi: ꝛ cōtēdunt
libenter: ꝛ oībus loquētib⁹
cōtradicūt: aſſumūtqȝ liben
ter oēm cōtrarietatē vt videant ſapien
tes. De hac ꝯtentione dixi in quadrage
ſimali copioſe.

¶ Qꝛ ſuperbi ſunt p̄ſumptuoſi.

QUartus fructus ſuperbie di
cit preſumptio. De qua ſunt
tria notanda. Primum ꝙ p̄-
ſumptio ſumitur multiplici-
ter. Aliquando pro probatio
ne ſemiplena in iure: ꝛ ſic dicitur li.vj.
de reg.iur. Semel malus ſemꝑ preſumi
tur eſſe malus. Scd̄o accipit p̄ſumptio
pro quadam bona confidentia. ꝛ ſic ac-
cipit Judith.vj. Benedictus es domi-
ne qui nō derelinquis p̄ſumētes de te.

Et di.iiij.c.denicꝫ. Tertio ſumitꝰ ꝓ vna
ex ſpeciebus pctī in ſpm̄ſctm̄. Quarto
ſumitꝰ ꝓut opponitꝰ magnanimitati: et
ſic eſt ſpēs ſupbie: ⁊ poteſt ſic diffiniri.
Preſumptio eſt vitiū quo q̇s aggreditꝰ
vel exequitꝰ ea q̄ ſunt ſupꝛa facultatem
ſuā ⁊ cōditionē. Hoc vitiū opponitꝰ ma
gnanimitati ꝑ exceſſum. Nā magnani-
mitas eſt virtus moꝛalis tendēs ad ma
gna opa ⁊ magnos honoꝛes: ſed ſm̄ rō
nem ⁊ ſm̄ ꝟtutē ſuā ⁊ dignitatē. Huic
aūt virtuti opponitꝰ aliqđ vitiū ſm̄ de-
fectū ⁊ aliqđ ſm̄ exceſſum: ſicut ⁊ alijs
virtutibus moꝛalibus. Et ſm̄ defectuꝫ
q̇dem opponitꝰ vitiuꝫ puſillanimitatis
quo q̇s retrahit ſe ab his oībus q̇bus
eſt dignus vel aptus: dū. ſ. nō conatꝰ ad
operādū ea q̄ ſibi cōpetūt ſm̄ ſtatū ſuū
Et hoc ꝓhibetꝰ Eccli.vij. Noli inq̇t ſapi
ens eſſe puſillanimis in aīo tuo. Sed ꝑ
exceſſum opponitꝰ magnanimitati pre-
ſumptio: q̄ attentat magnū opus exce-
dens facultatē ſuā. Qđ quidē pctm̄ eſt
ſm̄ Tho.ij.ij.q.cxxx.ar.ij.qm̄ vt inquit
Sene.li. de quattuoꝛ virtutibus. Ma-
gnanimitas ſi ſe ſupꝛa modū extollat fa
cit virū minacē inflatū ⁊ inquietū ⁊ tur
bidū: ⁊ in qualcūcꝫ excellētias dictoꝛū
factoꝛūcꝫ neglecta honeſtate feſtinum.
¶ Scđm notandū ꝙ ſi hō vult ſe retra
here ⁊ ꝯuertere ad diuina ꝑ oꝛationeꝫ:
cōtēplationē: ⁊ hmōi: vniēdo ſe eis per
intellectū ⁊ volūtatē: ꝙuis diuina ſint
ſupꝛa hoīem: nō tñ dicetꝰ ꝑ̄ſumptuoſus
ſi debito mō. i. ſm̄ rōnē ſe applicet eis:
ideſt ſm̄ capacitatē ſuā. ¶ Tertiū notā-
dum ꝙ ſi aliq̇s attentat aliqđ opus fa-
cere nō ex ſe: ſed virtute diuini auxilij:
hoc nō erit ꝑ̄ſumptuoſum: Opus enim
magnū de ſe cū̄ fiducia diuini auxilij fa
cultatē noſtrā nō excedit: dūmō illud ſit
ꝓpoꝛtionatuꝫ ꝑ̄ſuppoſito auxilio cōis
grē ſicut attētando celebrationē: cōiō-
nē: religionis ingreſſum: regimē impo
ſitum cum debitis circūſtātijs ⁊ hmōi.
Hi ꝑ̄nominati fructus a ſupbie radice
ꝓueniūt. Eradicetꝰ arboꝛ: ⁊ fructus peri
bunt ⁊ exiccabuntꝰ. Niſi em̄ humiles fue

rimus heredes celeſtis regni nūcꝫ eſſe
valebimus. Ad qđ nos ꝑducat ieſus re-
demptoꝛ mundi: qui eſt bñdictus in ſe-
cula ſeculoꝝ. Amen.

¶ De iudicio dei contra pꝛimos paren-
tes: mandato diuino inobedientes.

Sermo.vj.

PReſtatur no-
bis indies cauſa quare
dei iuſticiam timere de-
beamus. Quiſnā nō pa-
ueat dū ſm̄ veridicā ſcri
pture ſctē traditionē ꝓ inobediētia pꝛi
moꝝ parētū: ⁊ ipſos ⁊ oēm ipſoꝝ poſte
ritatē penis grauiſſimis viderit afflic-
Nō ſinit deus iniuriā ſibi fieri: qn ꝑ fla
gella ſequētia oſtendat quantū ſibi di-
ſpliceat. Non eſt acceptoꝛ ꝑſonarū: nec
reſpicit cuiuſcꝙ dignitatē. Nō permiſit
hoīem labentem impune trāſire. Apud
quoſdā tñ impios ⁊ incredulos figmē
ta videntꝰ eſſe: que dicuntꝰ de peccātibꝰ
hoībus pꝛimis. Jccirco in hoc ſermone
de iudicio dei ꝯtra hoīem inobedienteꝫ
dicturi: tria moꝛe ſolito myſteria decla
rabimus.

Pꝛimū dꝛ cauſalitatis.
Scđm qualitatis.
Tertiū penalitatis.

¶ De cauſa pene pꝛimoꝝ parentū: quia
pꝛopꝛia voluntate preterierunt dei pre
ceptum. Cap.j.

SAtiſfaciendū arbitroꝛ ī hoc
pꝛimo caplo eoꝝ opinioni q̄
pꝛimoꝝ parentū culpā alle-
uiare: immo excuſare nitun-
tur. Aſſerūt equidē. Si volu
iſſet deus nō peccaſſet adā: quaſi deus
cauſa fuerit trāſgreſſionis illius. Qua
re ad tranq̇llitatē coꝛdis opꝰ eſt hic qua
tuoꝛ dubia diſputare.

Pꝛimū vtrū deus ſit cauſa pctī.
Scđm vtrū deus poſſit facere volun
tatē creatā impeccabilē ꝑ naturā.
Tertiū vtrum deus debuit ꝑmittere
hoīem impugnari.
Quartū vtrū diabolus ex inuidia tē-

tauit hoiem.
¶ Ad primū dubium obijciēdo arguūt
aliq̄: ꝙ deus ſit cā pctī. Et primo ex au-
toritate Eſa.xlv. Ego dn̄s ⁊ nō eſt alter
formās lucē ⁊ creās tenebras; faciēs pa
cem ⁊ creans maluꝫ. ⁊ Amos.iij. Nō eſt
malū in ciuitate qd̄ dn̄s non faciat. Et
Eccli.xj. Bona ⁊ mala: vita ⁊ mors: pau
pertas ⁊ honeſtas a deo ſunt. Itē argui
tur ex rōne ph̄i. Quicq̄d eſt cā cauſe: eſt
cā cauſati: ſed deus eſt cā liberi arbitrij
liberū arbitriū eſt cā pctī: ergo deus eſt
cā pctī. Cōtra iſta eſt autoritas Aug. in
lib.lxxxiij.q. qui ait: Deo autore non fit
hō deterior. Reſpōdet ergo Tho.j.ij.q.
lxxix.ar.j. ꝙ hō dr̄ eſſe cauſa pctī dupl̄r
Uno mō directe: inclinādo.ſ. volūtatem
ſuā vel alteri⁹ ad peccādū. Alio mō in-
directe: dū.ſ. nō retrahit aliquos a pctō
Ezech.iij. ſpeculatori dr̄: Si nō dixeris
impio morte morieris: ſanguinem eius
de manu tua requirā. Deus aūt nō pōt
eſſe directe cā pctī: q2 oē pctm̄ eſt per re
ceſſuꝫ ab ordine. Deus aūt oīa īclinat ⁊
cōuertit ī ſemetp̄m ſicut ī vltimus finē:
ſicut Diony. ait.iiij.c. de diui.no. Un̄ im-
poſſibile eſt ꝙ ſit ſibi vel alijs cā diſcedē
di ab ordine q̄ eſt in ipſum. Un̄ nō pōt
directe eſſe cā pctī: ſil̄r nec indirecte. Cō
tingit em̄ ꝙ deus aliq̄bus nō p̄bet au-
xiliū ad vitāda pctā: ſi p̄beret nō pecca-
rent. Sed totū hoc facit ſm̄ ordinē ſue
ſapiētie ⁊ iuſticie: cū ipſe ſit ſapiētia et
iuſticia. Un̄ nō imputatur ꝙ aliq̄s pec
cat ſicut cauſe pctī: ſicut gubernator nō
dr̄ cā ſubmerſionis nauis: ex hoc ꝙ non
gubernat nauim: niſi qn̄ ſubtrahit gu-
bernationē potēs ⁊ debēs gubernare.
Et hoc mō intelligit̄ dictū apl̄i ad Ro-
ma.j. Tradidit illos deus in reprobum
ſenſum vt facerēt ea q̄ nō cōueniūt: in-
quantū.ſ. nō ꝓhibet eos q̄n ſuū repro-
bum ſenſum ſequant̄. Reſpondet ergo
Tho. ad autoritates in ꝯtrarium allega-
tas ꝙ triplex eſt malū.ſ. culpe: pene: et
dāni. Inter que eſt differētia: q2 maluꝫ
culpe eſt in agendo. Nā pctm̄ eſt dictuꝫ
vel factū vel cōcupitū cōtra legē dei: vt
dicit Aug. cōtra Fauſtū. Malū ꝟo pe-
ne ⁊ dāni eſt in patiēdo. Illud eſt volū
tariū: iſta inuoluntaria. Deus igit̄ eſt cā
mali pene: q2 oīs pena iuſta. Et q̄ ꝯtra-
riū aſſereret: diceret vtiq̄ ꝓpoſitionem
hereticā.xxiij.q.iij.c. q̄dā. Similiter di
cenduꝫ eſt de malo damni. Un̄ Iob.j.c.
nō dixit: chaldei abſtulerunt: ſed dixit:
Dn̄s dedit: dn̄s abſtulit. Patet hoc etiā
xxiij.q.v.c. remittunt̄. Si loquimur de
malo culpe: vt p̄dictum eſt: deus nullo
mō eſt cauſa pctī. Ad rōnem ꝟo ph̄i di-
cit Tho. ꝙ effectus cauſe medie proce-
dens ab ea: ſm̄ ꝙ ſubdit̄ ordini cauſe
prime: reducit̄ in cauſam primā. Sed ſi
procedat a cauſa media ſm̄ ꝙ exit ordi
nē cauſe p̄me: nō reducit̄ in cauſam pri-
mam: ſicut ſi miniſter facit aliq̄d contra
mandatū dn̄i: hoc nō reducit̄ in dn̄m ſi-
cut ī cām. Sil̄r pctm̄ qd̄ liberū arbitriū
cōmittit nō reducit̄ in deū ſicut in cām.
Nā lꝫ de⁹ dederit hoī liberū arbitriuꝫ q̄
poſſet peccare etiā dedit quo nō pecca-
ret. Quare dicit Hiero. ad demetriadē.
Utrūq̄ nos poſſe voluit optimus crea
tor: ſed facere tm̄ qd̄ imꝑauit. Unde vt
pctā vitaremus dedit angelū cuſtodeꝫ:
dedit lumē rōnis naturalis: dedit bn̄fi
cia ſua: volens reliquas creaturas hoī
ſeruitiū tribuere: dedit legē ſcriptā ⁊ p̄-
cepta vite: miſit in mundū vnigenitum
filiū: veritatē fecit per apl̄os predicari:
cōminat̄ eternas penas: pollicet̄ futu-
rā gl̄iaꝫ: ⁊ filia: cū quibus oībus hortat̄
oēs: immo ⁊ p̄cipit vt declinēt a malo ⁊
faciāt bonū. ¶ Scōm dubiū erat vtrum
deus poſſit facere voluntatē creatā im-
peccabilē per naturā. Reſpōdet Anſel-
mus li. Cur deus hō.ij.c.xx. ꝙ nō: ex eo
q2 nō pōt facere creaturaꝫ eſſe deū. Un̄
non pōt creatura eſſe impeccabilis niſi
ſit deus eſſentialiter: qd̄ eſt impoſſibile:
vel ſuppoſitaliter ſicut xp̄s. Ideo dicit
Hiero. in euāgelio ꝓdigi. Solus deus
eſt in quem peccatum caderē nō poteſt.
Et Aug. contra maximuꝫ. Solus deus
natura ſua nō potuit nec pōt nec pote-
rit peccare. Declarātur iſta a ſctō Bon.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in.ij.diſt.xxiiij.parte.j.ar.j.q.j.ſic: Si li
berum arbitriuꝫ creature rationalis fie
ret naturaliter ad malū inflexibile: aut
hoc eſſet ꝓpter ipſius artationē ad bo-
num: aut ꝓpter determinationē. Si ꝓ
pter artationē vt ſic faceret bonuꝫ ſicut
lapis tendit deorſum: certe iam liberuꝫ
arbitriū nō eſſet liberuꝫ: nec opus eius
eſſet laude dignū: ⁊ ita ineptuꝫ eſſet ad
finem ꝓpter quē eſt factū: videlꝫ ad lau
dis ⁊ glorie premiū aſſequēdum. Si au
tem inflexibile eſſet ad malū ꝓpter de-
terminationē: q2 ſic potens eſſet ꝑ pro-
priā naturā in bonū vt nō poſſet defice
re in malo: ſicut eſt de libero arbitrio di
uino qḋ ad ſola bona determinatū eſt:
liberū arbitriū careret vanitate ꝑ natu
ram ſuā: ergo iā nō eſſet creatura nec ꝓ
ductū ex nihilo: cū oīs creatura vanita-
ti ſit ſubiecta. Propterea eſſe impecca-
bilē ꝑ naturam ꝓprium eſt ſolius dei.
¶ Tertiū dubiū fuit vtruꝫ deus debuit
ꝑmittere hoīem impugnari: quē ꝑſcie-
bat in pugna deficere? Et ad hoc dicit
Boñ.in.ij.di.xxiij.arti.j.q.ij. ꝙ ſic decet
deum adminiſtrare res ⁊ eis ꝓuidere:
vt ſalua ſit lex quā indidit eis a prima-
ria rerū cōditione: iuxta illud Auguſti
ni li.vij.de ciui.dei. Sic deus res quas
condidit adminiſtrat: vt vnāquāqꝫ age
re ꝓprios motus ſinat. Sed deus fecit
hoīem in vertibilitate arbitrij: ⁊ ſimili-
ter diabolū: ergo ſi diabolus voluit ho-
minem tentare ⁊ homo voluit ei conſen
tire: deus nullū illoꝝ debuit impedire.
Inſuper facilius erat hoī vincere aduer
ſariū ꝙꝫ diabolo vincere hoīem. Homo
enim non poterat vinci niſi volens: qua
re pugna illa de ſe magis erat ordinata
ad victoriā hominis ꝙꝫ diaboli: ⁊ ſic ma
gis ad bonum ꝙꝫ ad maluꝫ. Si ergo de
us ꝑmittere debet qḋ directe ad bonuꝫ
hoīs ordinatur: videtur ꝙ a tentatione
primi hoīs nō erat arcendus aduerſari
us. Adhuc voluit ꝑmittere hoc deus: q2
voluntariū peccatuꝫ hominis remedio
carere nō debebat: qḋ fuit dnꝫ chriſtus
filius dei miſericorditer pro illo digna-
tus eſt ſatiſfacere. Ob qḋ eccleſia cātat:
O felix culpa que talem ac tantum me-
ruit habere redemptorem. Accedit etiaꝫ
hec permiſſio ad peccati alleuiationeꝫ.
Leuius enim fuit peccare alio ſuggerē-
te ⁊ impellente: ꝙꝫ voluntate ꝓpria in-
curuante: q2 fortaſſis hō cecidiſſet etiaꝫ
ſi nunꝙꝫ aduerſarius peſtifera ſuggeſ-
ſiſſet. Si ergo peccauit homo imputan
dum eſt ſibi voluntarie ad peccatum cō
ſentienti. Nam vt dicit magiſter in.ij.
di.xxiiij. Fuit homini adiutorium datū
in creatione: quo poterat manere ſi vel-
let. Illud vtiqꝫ fuit libertas arbitrij ab
omni labe ⁊ corruptela immunis: atqꝫ
voluntatis rectitudo ⁊ oīm naturaliuꝫ
potentiaruꝫ anime ſinceritas atqꝫ viua
citas. Sed inquiunt nōnulli. Potuiſſet
ne deus qui eſt omnipotens voluntatē
hoīs vertere in bonū? Et reſpondet ma
giſter ſenten.di.xxiij.ij.c.j. Potuiſſet re-
uera. Cur nō fecit? Quia noluit. Cur no
luit? Ipſe nouit. Non debemus plus ſa
pere ꝙꝫ oportet. ¶ Quartū dubium fuit
vtrum inuidia motus eſt diabolus ad
tentandum hominem? Et ꝙ ſic probat
autoritate ſcripture. Dicit enim Sap.
ij.c. Inuidia diaboli mors introiuit in
orbem terraruꝫ. Sed contra hoc poſſet
quis iſtare. Primo q2 omnis inuidia eſt
reſpectu paris vel ſuperioris: ſcḋm ꝙ di-
cit Greg.ij.moral. ſuper illo verbo Iob
v. Paruulum occidit inuidia. Superio
ris inquit: ſaltē ſcḋm reputationeꝫ. Sed
diabolus non reputabat hominem ſu-
periorem ſe: ergo videtur ꝙ ei non inui
debat. Secūdo inuidia eſt reſpectu bo-
ni qḋ aliquo modo poteſt acquiri: ſed
diabolus nō poterat peruenire ad eter
nam beatitudinem: q2 lapſus erat irre-
parabiliter: ergo videtur ꝙ propter illi
us acquiſitionem non inuidebat homi-
ni. Reſpondet Bona.in.ij.di.xxj.arti.j.
q.j. ꝙ mens diaboli a ſuperbia ⁊ inui-
dia poſſeſſa videns hominem in ſtatu:
in quo poterat cadere ſub diabolica po-
teſtate: ⁊ in quo poterat aſcēdere ad ſu-
pernam felicitatem: eſt ex hoc ex ſuper

bia motus: ⁊ ex inuidia ad ipſum tentã dum. Ex ſuperbia nanqꝫ vt ipſum ſibi ſubijceret. Ex inuidia ṽo vt ipſum a ſuperna felicitate retraheret. Ex ſuperbia fuit ſicut mouens primum. Inuidia ṽo ſicut mouens proximum ⁊ immediatũ. Eſto enim ꝙ non poſſet dominium ſuper hominem acquirere: adhuc ſtuduiſſet ipſum a paradiſi gaudijs impedire. ¶ Ad primum ergo in oppoſitum dicendum ꝙ inuidia non ſolum eſt reſpectu ſuperioris eius qui eſt ſuperior: ſed eius qui poteſt eſſe. Cuius autem in ſtatu illo non reputaret hominem ſuperiorem ſe: inuidebat tamen ne merito obedientie ſublimaretur ad ſtatum glorie: in quo ſtatu ipſum ſuperiorẽ ſe non dubitaret. Poteſt etiam dici ꝙ tunc reputabat ipſum ſuperiorem ſe in hoc ꝙ poterat peruenire ad illam gloriã ad quã non poterat aſcendere ipſe diabolus.

¶ Ad ſecundum dubium ꝙ non ſolum inuidet aliquis reſpectu boni quod poteſt obtinere: ſed etiam reſpectu eius quod natus eſt habere ꝗuis nõ poſſit: ſicut truncatus ⁊ cecus inuidet alijs de viſu ⁊ progreſſu. Licꝫ autem diabolus non poſſit ad beatitudinem peruenire: tamen habet ad hoc naturalem aptitudinem. Tẽtauit itaqꝫ hominem ⁊ a muliere cepit: vt patet Geñ. iij. Quare autem ab ipſa cepit: ⁊ nõ a viro. Dicit Bonauen. vbi. ſ. q. j. quia attendebat mulierem eſſe minoris ſapientie: debilioris conſtantie: ⁊ importunioris adherẽtie. Propter minorem ſapientiam erat facilior ad ſeducendum: ⁊ ideo diabolus ſeductor per eam ſibi voluit facere tranſitum ad viam. Propter debiliorem conſtantiam facilior erat ad peruertendũ: ⁊ ideo diabolus expugnator aggreſſus eſt hominis ciuitatẽ ex ea parte ex qua erat aditus minus munitus. Propter importuniorem ṽo adherentiam cogitauit diabolus ꝙ ſi mulier primo vinceretur non quieſceret quouſqꝫ peruerteret virum.

¶ De qualitate peccati primorum parẽtum: ⁊ grauitate illius culpe ⁊ remiſſibilitate. Cap. ij.

Cupiunt equidem multi declarari ſibi ꝙ fuit illud peccatum tam grande exoſumqꝫ deo celi: ꝙ nõ niſi morte chriſti deleri potuit: ⁊ propter quod tandiu altiſſimus dominus continuit in ira miſericordias ſuas. Utile quippe eſt inſpicere diligenter: ꝗ̃ ſit damnoſum dei mãdata preterire: cum ex inobedientia: vt patebit Adam deo ſit factus inimicus. Ad hoc autem melius inueſtigandum: quattuor in hac parte dubia erunt declaranda.

Primũ vtrum pctm̃ primoꝝ parentũ fuit inobedientia.

Scd̃m vtrũ pctm̃ illud fuit grauiſſimum oĩm pctõꝝ.

Tertium vtrũ grauius peccauit vir ꝗ̃ mulier.

Quartum vtrum magis fuit remiſſibile peccatum hominis ꝗ̃ peccatum angeli. Et licꝫ tria dubia poſita ſint in quadrageſimali in ſermone de obedientia: tamen adhuc inſerenda illa cenſui: vt materia iſta clarius ab omnibus intelligatur.

¶ Qꝫ inobedientia fuit peccatũ Ade.

PRimum igitur dubium eſt: Utrum peccatum primorũ parentum fuit inobedientia? Et ꝙ ſic patet: quia apoſtolus ad Roma. v. c. dicit: Per vnius hominis inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi. Et Augu. in libro de vera religione. Adaꝫ propter tranſgreſſionem obedientie de paradiſo eiectus eſt. Et idem ſuper Geñ. ad litteram. Non potuit melius ⁊ diligentius commendari quantum maluꝫ ſit ſola inobedientia: cum ideo reus iniquitatis factus eſt homo: quia eam rem tetigit contra prohibitionem: quam ſi nõ prohibitus tetigiſſet nõ vtiqꝫ peccaſſet. Et Geñ. iij. c. dixit illi deus: Quis indicauit tibi ꝙ nudus eſſes: niſi ꝙ de ligno de quo p̃ceperã tibi ne comederes:

comediſti. Sed aliqui dicũt ꝙ fuit ſu-
perbia. Nam Ecci.x.c.dr: Initiũ omnis
peccati eſt ſuperbia. Et eiuſdez.xxv. A
muliere ſumpſit initiũ oĩs pditio. Et
Aug.li.de virginitate. Diabolus in ce
lo voluit eſſe ſicut deus. Cadens autez
perſuaſit homini ſimilitudine volunta
tis ſue. Alij aũt aſſerunt ꝙ fuit auari-
cia ſumendo illam large. Auaricia inqt
Greg. ſuper Ezech. nõ tm̃ pecunie eſt:
ſed etiam ſciẽtie ꝛ altitudinis. Sz mu
lier appetijt ſcientiã qñ diabolus dixit
ei Geñ.iij. Eritis ſicut dij ſciẽtes bonũ
ꝛ malum. Nonnulli clamant ꝙ pctm̃ il-
lud fuit gula. Unde Ambro.xxxv.diſ.c.
ſexto die.ait: Gula regnãtẽ a paradiſo
expulit. Et idẽ in hymno quẽ cantat ec
cleſia. De parentis pthoplauſti fraude
facta cõdolens: qñ pomi noxialis mor-
te morſu corruit: ipſe lignum tunc nota
uit: dãna ligni vt ſolueret. Et Hiero.ꝯ
Iouinianũ. Sollicite puidendũ eſt vt
quos ſaturitas a paradiſo expulit: eſu
ries reducat. Reſpõdet ſanctus Boñ.
xxij.diſt.ij.ar.j.q.j. ꝙ principale pctm̃
hominis ppter qđ lapſus eſt fuit ino-
bedientia: et ad hanc diabolus conatꝰ
eſt illum adducere. Sed qm̃ nemo ope
ratur ad malum aſpiciens: nec appetit
malum niſi ſub ſpecie boni: ideo clare
deprehendens diabolus ꝙ non poſſet
mulierem precipitare niſi proponeret
aliquod appetibile: illã tentãdo propo
ſuit ad q̃ oĩs homo naturaliter inclina
tur. Omnis vo homo naturaliter appe
tit beatitudinẽ: que eſt bonũ copioſuz:
glorioſuz: ꝛ delitioſum. Uñ oĩs homo
naturaliter appetit excellẽtiã: ſufficien
tiam: ꝛ leticiã. Et in appetitu ordinato
taliũ conſiſtit iuſticia: in imoderato vo
culpa. Gula em̃ eſt appetitus inordina
tus cibi ſuauiter reficientis. Auaricia
eſt inordinatus appetitus ſufficientie.
Supbia eſt imoderatus amor excellen
tie. Diabolus ergo primo pmiſit mulie
ri dignitatis excellẽtiã cum dixit: Eritis
ſicut dij Geñ.iij. Secũdo cognitionis
abundãtiã: cum addidit: ſciẽtis bonuz

et malũ. Tertio ſuauitatis experiẽtiã:
cum oſtendit lignũ pulchrũ viſu: et ad
veſcẽdũ ſuaue. Ideo mulier in appetẽ
do primũ fuit ſuperba: appetẽdo ſciẽ
fuit auara: et tertium guloſa: et in hoc
fuit tranſgreſſionis rea. Et ſic Adam a
muliere ſtimulatus comedit de pomo:
nõ ꝙ crederet ꝙ eſſet deus: ſed ne con
triſtaret Euã: vt dicit Aug. ſuper Geñ.
ad litteram. Nec eſt inconueniẽs plura
genera peccatoꝝ cõcurrere ad vnũ fla
gitiũ perpetrandũ. Nam preter dicta
mulier peccauit peccato mẽdacij: quã
do dixit ſerpẽti: ꝙ deus preceperat ne
pomum comederẽt neqꝫ tãgerent. De
tactu itaqꝫ preceptũ non acceperãt ſed
hoc accidit in diſplicẽtiã pcepti: vt di
cit Nicol. de lyra. Quare concludit ꝙ
principale peccatũ Ade ꝛ vxoris eiꝰ in
obedientia fuerit: ꝛ ex cõſequẽti crimẽ
leſe maieſtatis. De quo Aug. lib. xiiij.
de ciui.dei.c.xij.ait: Nõ debet eſtimare
quiſqꝫ leue ac paruũ fuiſſe illud cõmiſ
ſum: qꝛ in eſca factum eſt: nõ quidẽ ma
la nec noxia: niſi quia prohibita. Neqꝫ
em̃ quicqꝫ mali in illo tante felicitatis
paradiſo deus crearet atqꝫ plantaret:
Sed obedientia cõmendata eſt in pre
cepto: que virtus in creatura rationali
mater eſt quodãmodo omniũ: cuſtoſqꝫ
virtutũ. Hoc itaqꝫ de vno cibi gñe non
edendo: vbi alioꝝ tanta copia ſubiace-
bat: preſertim cũ nõdum voluntati cupi
ditas reſiſtebat: qđ de pena trãſgreſſio
nis poſtea ſubſecutũ eſt. Tã leue prece
ptum ad obſeruandũ tam breue ad me
moria retinendũ: tanto maiore iniuſti
cia violatũ eſt: quanto faciliore poſſet
obſeruãtia cuſtodiri. hec Aug. Ex quo
verbis deprehendimus ꝙ graue fuerit
primoꝝ parentũ peccatũ. Nec mirum:
qm̃ ſi pater indignatur filio: ꝛ dñs ſub-
dito inobedienti: quãto magis pr̃ mi-
ſericordiarum: ꝛ dñs celi ꝛ terre mole-
ſte ferre debuit: dum preceptum ſuum
defacto vidit cõtẽni ꝛ preteriri. ¶ Se
cũdũ dubiũ erat: vtrũ peccatum illud
fuit grauiſſimũ oĩz pctoꝝ: Et reſpõdet

Boñ.in.ij.diſt.xxj.ar.ij.q.iij.⁊.xxxiij.in
q.circa lrām.q.ij.ꝙ vnū pctm̄ pōt dici
grauius altero duodecim modis. Pri-
mo cauſalitate. Et ſic peccatū diaboli
eſt maximū: cuius inuidia mors intra-
uit in orbem terraꝝ. Scḋo enormitate
Et ſic pctm̄ Jude. Tertio ĩgratitudine.
Et ſic peccatū illi⁹ q̇ plura ſuſcepit do-
na ⁊ beneficia. Quarto periculoſitate.
Et ſic peccatū ignorantie. Quinto inſe
parabilitate. Et ſic pctm̄ auaricie. Se-
xto importunitate. Et ſic ſ͞upbia que ex
ipſis bonis operib⁹ ꝯſurgit. Septimo
pronitate. Et ſic luxuria. Octauo maio
ris gr̄e impugnatione. Et ſic peccatum
in ſpiritūſanctū. Nono maiori offenſiōe.
Et ſic idolatria. Decimo ratione maio-
ris libidinis. Et ſic cuiuſcūqꝫ gn̄is pec-
catū poteſt fieri maius altero. Undeci-
mo generalitate. Et ſic pctm̄ primi pa-
rētis dr̄ fuiſſe maius: q: in totū genus
humanū ſe diffudit. Duodecimo ratio-
ne facilitatis reſiſtēdi. Et ſic dicit magr̄
in tex. ꝙ pctm̄ Ade fuit grauiſſimuꝫ: q:
vt dicit Aug. li. xiiij. de ci. dei. Magna
fuit in peccādo iniquitas: vbi tāta fuit
in non peccando facilitas. ¶ Tertium
dubium fuit: vtrum grauius peccauit
vir q̄̄ mulier? Et reſpondet Bonauen.
in.ij.diſt.xxij.ar.j.q.iij. ꝙ ſi loquamur
de grauitate quātū ad ingratitudineꝫ:
grauius peccauit vir: q: copioſiora do-
na ſuſcepit. Si aūt loquamur quātum
ad libidinē: magis peccauit mulier: q:
cū magis improba volūtate: dū cupiuit
deo aſſimilari ⁊ credidit. Si vero loqua-
mur quātū ad corruptionē diſtinguen
dū: q: aliq̇d dr̄ corrūpere dupl'r. Aut ꝑ
modū cauſe aut ꝑ modū occaſiōis. Si
primo mō: ſic q: peccatū viri fuit cauſa
trāſfuſionis in poſteros: ⁊ ita corrupit
ſe ⁊ alios: maior conſecuta eſt ex pecca
to viri corruptio: ⁊ ideo eius culpa fuit
grauior. Si per modū occaſionis ſic q:
peccatum mulieris fuit occaſio peccati
viri: ⁊ ita per conſequens oīm alioruꝫ:
hoc modo mulier pōt dici ceteros cor-
rupiſſe nō ſolum poſteros ſed etiā virū
ſuum. Unde nō ſolū peccauit in ſe: ſed
etiā in ꝓximū. Et quātū ad hoc pecca-
tū eius fuit grauius q̄̄ peccatum viri.
¶ Quartū dubiū fuit: vtrū magis fuit
remiſſibile pctm̄ hoīs q̄̄ āgeli? ⁊ reſpō
det Alex. in. iij. ſumme in ꝑncipio. q. ij.
ꝙ ſic: ⁊ ꝯgruentia ſumitur ex tribus.

Primo ex libertate arbitrij.
Scḋo ex cōditione nature.
Tertio ex qualitate peccati.

¶ Primo ratione liberi arbitrij fuit ma
gis remiſſibile peccatū hoīs q̄̄ angeli.
Scḋm eñi Aug. ⁊ ponitur a magiſtro
xxiiij. diſt. ij. in libero arbitrio eſt facul-
tas voluntatꝭ ⁊ ratiōis tā in hoīe q̄̄ in
angelo: verūtm̄ differēter. Primo quā-
tū ad volūtatē: q: liberū arbitriū hoīs
ante electionē volūtatis ⁊ poſt electio-
nē ſe habet mutabiliter. Liberum arbi
triū angeli ante electionē ſe habet mu
tabiliter: ⁊ poſt electionē īmutabiliter.
Et hac ratione in ſummo gradu liberū
arbitriū eſt in deo: in infimo in hoīe: ī
angelo vero medio modo ſe hñs. Qua-
re deus de neceſſitate immutabilitatis
ſemꝑ eligit bonū: homo pōt eligere bo
nū ⁊ malū: ⁊ iteꝝ bonū. angelus auteꝫ
tm̄ ſemel pōt eligere. Et ideo q̇cq̇d ele-
git nō potuit deteſtari: ex quo non po-
teſt penitere neqꝫ per penitentiā culpā
delere: que eſt deteſtatio mali. Et ita re
linquitur ꝙ culpa ei⁹ non pōt remitti
ſicut remittitur illa hoīs. Itē quantuꝫ
ad proprietatem rōnis differt liberum
arbitriū in hoīe ⁊ in angelo: quia ſicut
dicit Dionyſi⁹. Intellectus angeli dei-
formis eſt: ⁊ h̊ eſt q: ſupra tp̄s: ex ita ac
cipit totū ſil': ⁊ nō pōt h̊ illud: vl' hoc ex
illo: ⁊ ideo dicitur angelus intellectua
lis ſubſtantia. Sed intellect⁹ hoīs eſt
in tp̄e ⁊ ita conferendo accipit. Uñ nō
accipit totum ſimul: ſed vnū poſt aliud
⁊ vnum ex alio: ſicut ex premiſſis cōclu
ſionem. Et ideo homo dicitur rationa-
lis ſubſtantia: quia ratio eſt virtus col
lectiua vnius ab alio. Qualis eſt ergo
comparatio ſimplicis ad compoſitū: ⁊
puncti ad lineā in eſſendo: talis eſt cō-

paratio intellect⁹ angelici ad humanū in intelligendo ⁊ iudicando. Cum ergo iudiciū fiat ab ītellectu pꝫ ꝙ angelus ſm ſtatū ſue conditionis iudicat de re tota ſimul ⁊ non in pte: ⁊ iudicando de ipſa videt eā totā ſimul: ergo certiſſime iudicat. Si ergo peccat in iudicando: patet ꝙ peccat ex certiſſima malicia: et ſic nullo modo poteſt excuſari: ergo ei⁹ peccatū eſt irremiſſibile. Nō ſic autem eſt de hoīe. Unde cū totā rem nō ſimul videat: poteſt decipi ī iudicio ſuo: ⁊ ita cū peccatū eius aliquo modo poſſit excuſari: nō eſt irremiſſibile. Unde Geñ. vj. dixit deus. Nō pmanebit ſpūs me⁹: ideſt indignatio mea: ī hoīe in eternū q: caro eſt. ¶ Scđo peccatū hoīs fuit magis remiſſibile ꝙ̄ peccatū angeli ratione nature. Ut eñ inqt Anſelmus libꝛo: Cur deus homo. per aliū hominē qui non eſſet ſui generis homo nō debuit liberari ⁊ reparari. Et cum nō oēs angeli ſint vnius generis: pꝫ ꝙ nō fuit poſſibilis reparatio in angelo ſicut in homine. ¶ Tertio pctm̄ hoīs fuit magis remiſſibile ratiōe qualitatis pctī: attendendo in peccato tria.

Primo genus.
Scđo circūſtātiā.
Tertio occaſionē.

¶ Primo attendendo genus: tam angelus ꝙ̄ homo peccauit per ſuperbiā: ſed differenter. Homo eñ appetijt ſciētiā dei: ſed angelus omnipotentiā. Omnipotentia aūt dei nō eſt cōmunicabilis alicui creature. Unde xp̄s ſm ꝙ homo non habuit omnipotētiā: ſꝫ bene oīm ſciētiā. Quia ergo ſumma inoꝛdinatio eſt appetere illud ad quod nullo modo creatura eſt oꝛdinata: homo autē erat oꝛdinatus ad ſcientiā quā appetebat: ideo peccatū hominis fuit remiſſibile: non autem angeli. ¶ Secūdo attēdendo circūſtantiam peccati patet differētia. Nam in Adā fuit aliqua ignoꝛātia quia peccatū quod erat moꝛtale credidit veniale: ſicut dicit Aug. Unde non tātū credidit peccare quātū peccauit. Angelus autē non habuit ignoꝛātiā in peccando. Item homo habuit propoſitū penitendi ⁊ petendi veniam de peccato qđ credebat veniale: angelus aūt non: ⁊ propter hoc peccauit in ſpiritū ſanctum: homo ṽo non. ¶ Tertio oſtēdendo occaſionē peccati patet: q: angelus per ſe peccauit: homo nō peccauit de ſeipo ſed alio mediāte. ſ. vxoꝛe. Uxoꝛ etiā ſuaſa fuit a ſerpente. Inſup in vno homine erat tota ſpecies humana non adhuc multiplicata: ſed multiplicanda in alijs: ſed in angelo peccante nō erat tota natura angelica. Et pṗter hoc diuine iuſticie cōgruū fuit vt non ſtatim iudicaret hominem ꝙ̄cito peccaret: donec ſpecies humana multiplicaretur: ⁊ maxime numerus electoꝛum.

¶ Q: duodecim penis punitum eſt genus humanum propter peccatum primoꝛum parentum. Capſm. iij.

Tū quotidie. ī nobiſipſis experiamur ꝙ̄ miſerabilis facta ſit humana ꝯditio pṗter lapſum primoꝛū parētū: verūtñ vt vehemēti⁹ excitetur animus ad timoꝛē: de penis quas humanū genus incurrit propter trāſgreſſionē diuini precepti: in hoc tertio myſterio flebiliter diſſeremus. Deus naqꝫ iuſto iudicio quadruplici pena voluit Ade peccatum punire.

Prima dꝛ ſpūalis.
Scđa corpoꝛalis.
Tertia tempoꝛalis.
Quarta eternalis.

¶ De triplici pena ſpirituali quam incurrit humanum genus pṗter lapſum primoꝝ parentū: ⁊ pmo de perditione iuſticie oꝛiginalis.

PRima pena q̄ puniuit deus peccatum Ade fuit ſpiritualis. Et hec eſt tripler.

Pꝛīa dꝛ iuſticie oꝛiginalis pditio.
Secunda anime maculatio.
Tertia donoꝝ ſpūaliū diminutio.

¶ Prima pena ſpiritualis fuit iuſticie oꝛiginalis perditio. De hac dicit Nico.

de lyra ſuper.v.c.ad Rom̃. Juſticia originalis eſt quedã humane nature rectitudo: ſm quã corpus erat anime ſubiectũ: ꝛ vires iferiores rõni ꝙdiu anima ſubdita erat ſuo creatori. Hec aũt iuſticia erat quoddam donũ ſupernaturale datũ homini a deo: per qḋ ipſe hõ erat totaliter ſubiectus deo quantũ ad rationẽ. Rationi ṽo erant ſubiecte vires inferiores: ſcilȝ iraſcibilis ꝛ concupiſcibilis. Hanc iuſticiam vocat ſalomon rectitudinẽ: qñ dicit Eccs.vij. Inueni ꝙ deus fecerit hominem rectũ. Iſta ergo iuſticia vt dicit Lãdulfus in.ij.di.xix. q.ij.ↄcluſiõe.iij. ordinabatur reſpectu dei: vt plena obediẽtia exhiberet̃ ei. deinde reſpectu ſuivt perfecte faceret inferiores potentias ſequi motum recte rationis ꝛ voluntatis. deinde reſpectu proximivt redderet vnicuiqȝ quod ſuũ erat: ꝛ debitã cõdilectionẽ. Addit Landulphus vbi.ſ̃.ↄcl'one.iiij. ꝙ erat in volũtate ſicut in ſubiecto: quia ſi iuſticia moralis eſt in voluntate ſm Ariſto.v. ethi. non minus originalis iuſticia. Et ideo non tenetur opinio eorũ qui dixerunt ꝙ erat in appetitu ſenſitiuo: quia illa iuſticia fuit habitus preceptiu⁹ nõ obeditiuus. Fuit enim data ad prõpte inclinandũ voluntatẽ: ꝛ vt intenſiue ꝛ dñatiue preciperet. De hac dicit Tho. j.parte.q.c.ar.j. ꝙ ex eo ꝙ fuit donum diuinitus datũ toti nature: iccirco filij parentib⁹ aſſimilati fuiſſent quantum ad originalẽ iuſticiaȝ. O ꝙ grauis fuit hec iactura donũ tale perdidiſſe: cuius vtiqȝ perditione etiã ſancti cũ tot aſperitatibus ꝛ caſtigationibus ac mortificationibus carnis: concupiſcentiã vix ſupare potuerũt. Clamabat Paul⁹ Roma.vij. Uideo aliam legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis mee. Si non peccaſſet Adã: non erat opus cum tot ieiunijs: diſciplinis: vigilijs: ꝛ laboribus acquirere regnũ celoꝝ. O Adam quid feciſti? cur non obediſti voci dei? Ecce ꝓpter culpam tuam perdita eſt tibi ꝛ omnibus a te deſcendentib⁹ originalis iuſticia. Ideo dicit text⁹ Geñ.iij. Aperti ſunt oculi eoꝝ. Nico. de lyra: ſcȝ ad cognoſcendũ ſuam nuditatẽ eſſe cõfuſibilẽ que prius erat honeſta: q: ſubtracta iuſticia originali: ſtatim ſenſerũt rebellionẽ carnis ad ſpiritum ꝛ motuȝ inordinatũ membroꝝ. Ideo ſtatim ſtuduere cooperire ſuã nuditatẽ ꝛ turpitudinẽ: ꝛ vt dicit textus: conſuerũt folia ficus. Et ex hoc dicunt hebrei ꝙ ficus fuit arbor ex cuius fructu comederũt: ꝛ fecerũt ſibi perizomata: ideſt ſuccinctoria circa limbos. Nota tamẽ ſm doctores modernos: vt dicit Landulfus in.ij.diſt.xxix.q.j.ↄcl'one.ij. ꝙ iuſticia originalis non fuit habitus gratie gratum facientis: ex eo ꝙ primus hõ non fuit creatus cũ gratia gratũ faciẽte: vt magiſter dicit in littera preſentis nominate diſtinctionis: ꝙ creatus fuerit cũ iuſticia originali: tamen anteꝙ peccaret habuit gratiam gratũ faciẽtẽ. Fuit enim tribus horis in ſtatu innocentie: quia fuit creatus hora ſexta ꝛ expulſus hora nona. In iſta morula fuit ſibi collata gratia: quia Greg. ꝛ Damaſcenus quos magiſter adducit in textu: dicũt ꝙ primus homo fuit in charitate ꝛ fuit coniunctus deo: ꝛ donis mirandis preditus: ergo ſi charitatẽ habuit: habuit gratiam: quia idem ſunt.

SEcunda pena ſpũalis quaȝ incurrit Adã ꝓpter inobediẽtiam illã: dicitur anime maculatio. Thomas.j.ij. q.lxxxvj.art.j. dicit: Macula proprie dicitur in corporalib⁹ quãdo aliquod corpus nitidum perdit ſuũ nitorem. Sic macula fuit anime ade. Nã innocentia perdita mortali peccato facta fuit obnoxia: ꝛ quod his grani⁹ eſt: omnes ab adam deſcendẽtes: xpo dũtaxat excepto: quia fuit deus et homo per naturam: et virgo maria per gratiam: cum ſorde originalis culpe naſcũtur: que eſt culpa cõtracta etſi nõ acta. Omnes inquit apoſtolus Roma.v. in adam peccauerunt. De hac ṽo materia

diffuſius loquar in ſermone pꝛo feſto cō ceptionis virginis glorioſe.

TErtia pena ſpiritualis dicit donoꝝ ſpiritualium diminutio. Sequitur ex conſequenti ꝙ poſtq̄ʒ iuſticiā originalem ⁊ gratiā gratū facientē adam amiſit: nō cū illa dulcedine deū cōtemplabatur ſicut pꝛius: nec gaudebat eius conſciētia intrinſecus guſtibus rerū diuinarū. Nā licʒ deū per eſſentiā non viderit: vt dicit Tho. j. parte. q. xciiij. arti. j. ⁊ Bon. in. ij. diſt. xxiij. arti. ij. q. iij. vidit tamen deum per ſpeculum clarū: et per apparitionez in aliquo ſigno: ſeu in ſubiecta creatura ſic potuit letāter vidiſſe angelos in coꝛpoꝛibus aſſumptis apparentes ſibi. Ex quibus omnib⁹ ſuauiſſime reficiebatur in mēte: que tamē poſt illā trāſgreſſionem in eo fuerunt diminuta.

¶ De punitione coꝛpoꝛali.

SEcūda pena qua punitū fuit ade peccatū dr̄ coꝛpoꝛalis. Et hec eſt triplex.

Pꝛima dr̄ cōtrarioꝝ actio.
Scd̄a laboꝛioſa vite ſuſtētatio.
Tertia moꝛtis ſubiectio.

¶ Pꝛima pena coꝛpalis eſt contrarioꝛū actio. Si enī adam ſteriſſet: que nūc homini cōtrariātur: minime illū ledere potuiſſent. Si in ignē fuiſſet ꝓiect⁹ ipſum nō cōbuſſiſſet: ſi in aquā fuiſſet immerſus: ipſum nō ſuffocaſſet: ⁊ ſilia. Et hoc vtiqʒ eueniſſet per dei prouidentiā: que ſic actiuoꝝ actū ſuſpēdiſſet ꝙ in paſſuz minime agerēt. De hac impaſſibilitate ⁊ duabus penis ſequentibus copioſius tractaui in quadrageſimali: in ſermone de vita: iō in hoc loco iſta breuiter ꝑcurro. ¶ Scd̄a pena coꝛpoꝛalis eſt laboꝛioſa vite ſuſtētatio. Dictum equidem fuit homini Gene. iij. In ſudoꝛe vultus tui veſceris pane tuo. Si nō peccaſſet non erat opus tot laboꝛibus: tot artib⁹: tot induſtrijs acquirere victū ⁊ tegumētū: Vn̄ Aug. lib. xiiij. de ciui. dei. c. xxvj. ait: Viuebat itaqʒ hō in paradiſo ſicut volebat: q̄diu hoc volebat qd̄ de⁹ iuſſerat. Viuebat fruens deo: ex quo bono erat bon⁹. Viuebat ſine vlla egeſtate: ſic ſemper viuere habens in ptāte. Cibus aderat ne eſuriret: potus ne ſitiret: lignum vite ne illum ſenecta diſſolueret. Nihil coꝛruptionis in coꝛꝑe vel ex coꝛꝑe vllas moleſtias vllis eius ſenſib⁹ ingerebat. Nullus intrinſecus moꝛb⁹: nullus ict⁹ metuebat extrinſec⁹. Summa in carne ſanitas erat: in aīo tota tranq̄llitas. hec ibi. Igit oēs doloꝛes parturiētium: oēs ſudoꝛes laboꝛātiū agricolarū: artificū: ⁊ quoꝛūcūqʒ: ⁊ oīa mala egrotantiū ⁊ infirmoꝝ q̄ nec libꝛis medicoꝝ cuncta deprehēſa ſunt: oīa deniqʒ hui⁹ vite pericula a culpa pꝛimoꝛū parētū deriuātur. ¶ Tertia pena coꝛpoꝛalis eſt generalis moꝛtis ſubiectio. Pꝛopter pctm̄ etenim pꝛimoꝝ parētū moꝛs dn̄atur in oibus. Vn̄ Aug. li. xiij. de ciui. dei. c. iij. ait: Fatendū eſt pꝛimos hoīes ita fuiſſe inſtitutos: ꝙ ſi non peccaſſent: nullū genus moꝛtis experirent. Sed eoſdez pꝛimos pctōꝛes ita fuiſſe moꝛte mulctatos: vt etiā quicq̄d eoꝝ ſtirpe eſſet exoꝛtū eadē pena teneret obnoxiū. Pꝛo magnitudine quippe culpe illius naturā dānatione mutauit in peius: vt qd̄ penaliter pꝛeceſſit in peccātib⁹ hoībus pꝛimis: naturaliter ſequeret in naſcētib⁹ ceteris.

¶ De tertia pena tempoꝛali.

tErtia pena qua punitum eſt peccatū pꝛimoꝛū parentū dicitur tempoꝛalis. Et hec eſt triplex.

Pꝛima eſt a paradiſo expulſio.
Scd̄a animaliū rebellio.
Tertia ſubiectionis introductio.

¶ Pꝛima pena fuit a paradiſo expulſio Vt enī habet Gen̄. ij. Plantauerat dn̄s deus paradiſum voluptatis a pꝛincipio idest a pꝛincipio creature: ſm̄ expoſitionem magiſtri in hiſtoꝛia ſcholaſtica: ſcʒ cū apparuit arida: ⁊ germinare terram fecit. Vel a pꝛincipio. i. a pꝛima parte oꝛbis. i. ad oꝛientem. Nam vt dicit Tho. j. parte. q. cij. ar. j. cōueniēter in parte oꝛientali dr̄ ſitus: q꞉ credendū eſt ꝙ in oꝛi

biliſſimo loco toti⁹ terre ſit cōſtitutus.
Cū aūt oriēs ſit dextera celi ſm Ariſto.
ij. de celo ⁊ mūdo. Dextera aūt eſt nobi-
lior ꝙ ſiniſtra: ꝯueniēs fuit vt in oriēta
li parte paradiſus ille inſtitueretur a
deo. De hoc paradiſo ſic ait Damaſce.
li.ij.c.xi. Paradiſus in oriēte poſit⁹ eſt:
omi terra excelſior: tēperato tenuiſſimo
ac puriſſimo aere fulgēs: plātis ſemper
floridis comatus: bono odore plenus:
lumineqꝫ repletus. Iſido. li.xiiij. etymo.
idē dicit in ſentētia. Et Aug. viij. ſuper
Geñ. ad litterā. Tres inqt ſunt de para-
diſo generales ſententie. Una eſt eoꝝ q
tm̄modo corpaliter volūt intelligi. Alia
eſt eorū qui ſpūaliter tm̄. Tertia eoꝝ q
vtroqꝫ mō paradiſum accipiūt: quā mi
hi fateor placere ſentētiā. ⁊. xiij. de ciui.
dei. c. xxi. Que cōmode dici poſſunt de
intelligēdo ſpūaliter paradiſo nemine
ꝓhibēte dicātur: dum tñ ⁊ hiſtorie veri
tas fideliſſima rerum geſtarum narra-
tione commendata credatur. Tria enim
que de paradiſo in ſcriptura dicūtur p
modū narrationis hiſtorice proponun-
tur. In oībus aūt que ſic ſcriptura tra-
didit: eſt ꝓ fundamēto tenēda veritas
hiſtorie: ⁊ deſuper ſpūales expoſitiones
fabricāde. Hec Aug. Ad hūc paradiſuꝫ
trāſlatus eſt Enoch: vt habet Gene. v. ⁊
Eccli. xliiij. ⁊ Helias vt patet. iiij. Regū
ij. c. Ambroſius in hexameron et Baſi-
lius in hexameron dicunt ꝙ poſitus eſt
in altiſſimo monte: de cuius cacumine
cadunt aque cum tanto ſtrepitu ꝙ om-
nes circa habitantes fiunt ſurdi: et fa-
ciunt aque lacum: exquo progrediūtur
quattuor flumina. Uerūtamen vt dicit
Thom̄. vbi. ſ. ad. iij. arti. ſequēdo Augu
ſtinum. viij. ſuper Geneſim ad litteram.
Locus ille ſecluſus eſt a noſtra habita-
tione aliquibus impedimētis: vel mon
tium vel mariū: vel alicuius eſtuoſe re-
gionis que pertrāſiri nō pōt. Et iō ſcri-
ptores locoꝝ de hoc loco mentionē non
fecerūt. Ad noſtra igitur redeūtes: ma-
giſter in hiſtoria ſcholaſtica dicit ꝙ hō
cōditus eſt in agro damaſceno: et inde
tulit eū de⁹: ⁊ poſuit eū in paradiſo. Nō
ſm Tho. vbi. ſ. ar. iiij. eſt: qr paradiſus
fuit locus cōgruus habitationis huma
ne quātū ad incorruptionē primi ſtat⁹.
Incorruptio aūt illa non erat hoīs ſm
naturaꝫ: ſed ex ſupernaturali dei dono.
Ut ergo hoc gratie dei imputaretur: et
non humane nature: deus hominē ex-
tra paradiſum fecit: ⁊ poſtea in paradi-
ſo poſuit: vt ibi habitaret toto tempore
animalis vite: poſtmodū cū ſpiritualeꝫ
vitam adeptus eſſet transferretur in ce
lum. Ibi ergo vt dictum eſt pauloante
tribus horis creditur Adā traxiſſe mo-
ram: in qua diuini mādati tranſgreſſor
inuētus eſt: ⁊ a paradiſo cū pellicea tu-
nica turpiter eiectus: miſſuſqꝫ eſt cum
vxore ſua in hāc vallē lachrymarū.

¶ De perditione dominij animalium.

SEcūda pena temporalis qua
punitū eſt primoꝝ parentuꝫ
peccatū dicit aīalium rebel-
lio. De quib⁹ dicit dñs Boñ.
in. ij. diſt. xv. arti. ij. q. ſ. ꝙ aliter ordinā-
tur aīalia ad hoīem ſm ſtatū innocētie:
aliter ſm ſtatum nature lapſe. In ſtatu
innocentie ordinabant ſm rōnem qua-
druplicē. Prima ratio ad manifeſtandū
hoīs imperiuꝫ: qḋ manifeſtarēt dum ei
per oīa obedirēt. Scḋa ad decorādū ho
minis habitaculū aīaliuꝫ multitudine:
nō ſolū arboꝝ. Tertia ad excitādū hoīs
ſenſum: vt in ipſoꝝ aīalium naturis di
uerſis videret hō multiformē ſapientiā
dei. Quarta ad mouēdum hoīs affectū:
vt vidēs illa deo ſubiecta ⁊ ſibi: ipe deū
amaret. Scḋm ṽo ſtatū nature lapſe or
dināturr aīalia aliter ad hoīem. Iumēta
em̄ ⁊ pecora ordinant ad releuandū ho
minis indigentiā quātū ad cibū: quātū
ad veſtitū: quātum ad obſequiū: ⁊ quā-
tum ad ſolacium. Hec pro maiori parte
ſumpta ſunt ex dictis Aug. iij. ſup Geñ.
Ante peccatū itaqꝫ oīa animalia ſub ho
minis erāt poteſtate: oēs volucres celi:
⁊ oēs piſces maris. Uñ deus dixit Geñ.
ſ. c. Dñamini piſcibus maris: ⁊ volatili-
bus celi ⁊ vniuerſis aīantibus que mo-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nẽtur ſuper terrã. Ex quo vt dicit Tho. j. parte. q. xcvj. arti. j. naturaliter hõ dñs eſt oĩum aĩalium. Ideo. j. politice dicit Ariſto. ꝙ venatio eſt quaſi quoddã iuſtum bellum. Qđ vtiꝫ nõ expediret: ſi Adam nõ peccaſſet. Verũtamẽ ſomnia hec videntur pleriſꝫ: qui facile ſeipſos cõfundere vel corrigere qđ meliꝰ eſt poſſunt: ſi amicoꝝ dei ⁊ ſanctoꝝ viroꝝ exẽpla inſpicere velint. Refert nanꝫ Hiero. ĩ vita Pauli primi heremite: ꝙ coruus diebus ſingulis dimidium panem Paulo deferebat: ⁊ dũ Antonius ad illum viſitandum ſe cõtulit integrum: vt vtriꝫ ſufficeret apportauit. Inſup dũ Antonius poſt illius felicẽ tranſitu corpus vellet ſepelire: ſuperueniẽtibꝰ leonibus: ⁊ mãſuetiſſime fodiẽtibus terrã: id fecit. Ipſe adhuc Hiero. leonem ferociſſimũ in monaſterio velut agnũ manſuetũ retinuit. At ⁊ Frãciſcus noſter lupum apprehẽdit in ciuitate Eugubij q̃ multos hoĩes occiderat: et cũ obediẽtia multa lupus Frãciſcũ ſecutus eſt. Qui mãdato eius biẽnio ſuperuiuẽs manſit cũ hoĩbus ⁊ pueris ⁊ canibus: neminē vltra ledens. Sanctus adhuc pontifex Silueſter draconẽ ingentẽ ferreo anulo impoſito in naribꝰ eius: ſine aliquo nocumento in vrbe maxima ligauit. De leonibus iterũ legimus ꝙ Danielẽ ſeruum dei nõ offenderũt. Nam vt dicitur Danielis. xiiij. c. fuit ipſe in lacu in quo erãt ſeptẽ leones diebꝰ ſeptẽ: quibꝰ dari cõſuetũ erat quotidie duo corpora: ⁊ due oues: ⁊ tunc data non fuerũt eis vt deuorarẽt Danielẽ: qui tñ ꝓtegente ſe deo liber cũ leonibus habitauit.

¶ Qr ſubiectio violẽta eſt ꝓpter pctm̃.

Tertia pena tp̄alis fuit ſubiectionis introductio. Si enĩ nõ peccaſſet hõ tunc homini hõ nõ ſubijceret. Verũtñ vt accipi põt ex dictis ſcti Tho. j. pte. q. xcvj. ar. iiij. ſentẽtialiter: duplex eſt ſubiectio. Una violẽtie: altera ordinis ⁊ reuerẽtie. Pria nõ fuiſſet in ſtatu innocẽtie: q: penalis eſt et dura. Scđa que nemini nocet fuiſſet in illo ſtatu q: reuerenter ⁊ cum amore filij fuiſſent ſubditi parẽtibus ſuis: vxores maritis: ⁊ iuuenes ſenibus: ⁊ ſimilia.

¶ Qr nõ eſſent tot damnati ſi non peccaſſet adam.

Quarta pena qua punitũ eſt peccatũ primoꝝ parentum dicitur eternalis. Nã illud peccatũ punitur pena eterna tripliciter.

Primo in paruulis.

Secũdo in infidelibus.

Tertio in damnatis oĩbus.

¶ Primo illud pctm̃ punit̃ pena eterna in paruulis: qui in ſolo originali decedũt. Oẽs quippe tales in eternũ priuabuntur viſione dei: vt dicit magiſter in ij. di. xxxiij. De hac materia ⁊ ſequẽti de infidelibꝰ dixi in quadrageſimali. ¶ Secũdo illud pctm̃ punit̃ in infidelibꝰ pena eterna. Oẽs q̃ppe fideles in ſua infidelitate moriẽtes eternalr̃ damnati puniẽtur in inferno. Nec vera nec tenẽda: immo velut heretica reijcienda eſt opinio eoꝝ qui dicũt vnũquẽꝫ in ſua fide ſaluari. Vñ ſcribit̃ ex de ſumma trini. et fide catho. c. j. Una eſt fidelium vniuerſalis eccl'ia: extra quã nullꝰ oĩno ſaluat̃.

¶ Tertio punit̃ pctm̃ primoꝝ parẽtũ in dãnatis oĩbꝰ. Tenẽt q̃dẽ aliq̃ ꝙ ſi ſtetiſſet hõ in ſtatu innocẽtie: ſoli fuiſſent nati qui mõ ſunt electi. Hoc videt̃ aſſerere Greg. qui in. iiij. moral'. c. xxv. ait: Si parẽtem primũ peti nulla putredo corrũperet: nequaꝙ̃ filios ꝑditiõis generaſſet. Sed illi q̃ nũc ꝑ redẽptorẽ ſaluandi ſunt: ſoli ab illo electi naſcerent̃. Et ſi diceret̃ ꝙ multi electi nati ſunt de parẽtibus dãnatis: ergo illi parentes fuiſſent nati. Rñdet Landul. in. ij. ſuo. diſ. xx. q. ij. cõclu. ij. ꝙ iſti electi fuiſſent geniti ex illis parẽtibꝰ electis. Quare autẽ deus ꝑmittat tot hoĩes naſci q̃s ante ſecula vidit fore dãnandos: ⁊ quare xp̄s q̃ miſericorditer venit in mũdũ et ſuo p̄cioſo ſanguine nos redemit tã grãdi periculo tot hoĩm ꝑditionẽ nõ obſiſtit: ⁊ ſimilia: nõ

quippe pctā precipue inueniuntur: que fortiter clamāt dei vindictaȝ poſcentia. Primū eſt homicidarū Gene.iiij. Dixit deus ad Cayn. Ecce vox ſanguinis fratris tui abel clamat ad me. Secūduȝ eſt peccatū oppreſſoꝝ viduarū. Vñ Exod. xxij. dixit deus. Vidue ⁊ pupillo nō nocebitis. Si leſeritis eos: vociferabūt ad me: ⁊ audiā clamorē eoꝝ: et indignabit furor meus cōtra vos. Tertiū eſt peccatum detinētiū mercedē laborantiū. Et de hoc Jaco.v.c. Ecce merces operariorum: qui meſſuere regiones veſtras que fraudata eſt a vobis clamat: et clamor ipſorū in aures dñi ſabaoth introiuit. Quartū eſt peccatū ſodomiticū. Vñ Gene.xviij. dixit deus: Clamor ſodomoruȝ ⁊ gomorreoꝝ multiplicatus eſt ⁊ peccatum eorū aggrauatus eſt nimis. ¶ Tertium qḋ oſtēdit grauitatē vitij ſodomitici eſt punitio. Inuenitur huius ſceleris quadruplex punitio. ¶ Pria eſt Leuit.xx. vbi dr: Qui dormierit cū maſculo coitu femineo: vterqȝ operat⁹ eſt nefas morte moriātur: ſit ſanguis eoꝝ ſuper eos. Per legē inſuper ciuilem ſodomitis infligitur pena mortis. C. de adulterijs. §. cū vir. Et in autētico: vt nō luxurientur cōtra naturā. colla. vj. ¶ Scđa punitio ſodomoꝝ fuit nocte qua natus eſt xp̄s. Tunc enim oēs ſodomite morte ſubita perierunt. Hoc videtur ſentire Hiero. qui ſuper illo Eſa.ix. Habitantibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. ait: Lux illa oēs iſto vitio laborantes extinxit ne natura quā ſumpſerat tanta immundicia fedaretur. ¶ Tertia punitio peccati ſodomitici eſt in peſtilētijs: quas frequenter propterea immittit deus: vt pȝ. xxxij. q. vij. c. flagitia. ¶ Quarta punitio fuit in ſodomis: de qua dicemus in ſequētibus. Quid plura. Abominabile vltra ꝙ dici poteſt eſt peccatum iſtud: adeo vt feratur a quibuſdā ipſis demonibus deteſtandum. Nam inter demones aliqui inueniri dicūtur: qui dum vitiū iſtud perpetratur: nullo pacto volūt eſſe preſentes. O ſcelus nec nominandū: o malū omni vitūperio dignū: o pctm̄ natura maculās: o vitiū ſpurciſſimū: a cūctis merito exprobrandū. Dānatur a gētilibus Tātalus rex phrigie qui rapuit Ganymedē filiū Troij regis dardanoꝝ: vt ab eo abuteretur. In dardania regnauit tros: a q̄ troiani dicti ſunt. O quale dedec⁹: qualiſve ignominia inter xp̄ianos tale q̄d cogitare vel dici. Vhe mūdo a ſcādalis. Vhe ſodomitarū cōciuibus. Vhe q: excreuit hec perditiſſima iniquitas: ita vt pene oēs inuoluat ſtatus.

¶ Qualiter ſodomorum incendiū fuit Abrae reuelatū: qui orauit a populo: et q: nō fuit populus dign⁹ liberari abraā cū peruenit ad numerum decem nil dixit amplius. Capm. ij.

Volēs deus benedictus ſodomitas peſſimos iuſte deuaſtare ſecretum ſuuȝ aperuit Abrae dilecto ſuo. De quo cōſiderare debemus tria.

Primo amicitiam.
Scđo beniuolentiam.
Tertio prudentiam.

¶ Quare de⁹ voluit Abrae reuelare que ſodomite faciebant.

Primo cōſideremus in Abraam amicitiaȝ: q: meruit eſſe amic⁹ dei. Eſt vtiqȝ hoc vnū de vere amicitie ſignis: qñ q̄s cōicat amico ſecreta: vt plene poſui in ſermone de amicitia in li. de virtutibus. Vñ Amb. lib. de officijs. Nil inquit occultat amicus ſi verus eſt. Et ſapiēs Prouer.xxv. Cauſam tuā tracta cū amico tuo. Tenēda eſt tñ ſemꝑ regula Señ. ad Lucillū di. Oia cū amico delibera: ſed de ipſo prius. Deus igit verus erat amicus: cui fidelitas abrae notiſſima erat. Ideo dixit vt ponit Gene. xviij. Nū celare potero abraā que geſturus ſum. Dixit ergo illi: O chare Abraā clamor ſodomorū et gomorreorū multiplicatus eſt: ⁊ pctm̄ eoꝝ aggrauatuȝ eſt nimis. Deſcendā ⁊ videbo vtrū clamorē qui venit ad me opere cōpleuerint.

Scđm oēs doctores deus cui nihil eſt
abſconditū hoc ſic dixit in exemplū no-
ſtrum: ne precipites ſimus ad ferendas
in proximos repēte ſentētias: et ne eos
de facili morte adiudicemus: De hoc eſt
textus. ij. q. j. c. deus omnīs.

¶ De oratione abrae pro populo.

SEcūdo cōſideremus in abraā
beniuolentiā ad proximos.
Cū eñ audiſſet hec ỽba dei
dixit: O deus meus nūquid
perdes iuſtū cū impio? Si inuenti fue-
rint quinquaginta iuſti in ciuitate: peri
bunt ſimul ⁊ non parces loco illi ꝓpter
qnquaginta iuſtos ſi fuerint in ea. Ab-
ſit te vt rē hāc facias: ⁊ occidas iuſtū cū
impio. Ait dñs: Si inuenero ī ſodomis
qnquaginta iuſtos in medio ciuitatis:
dimittā oī loco ꝓpter eos. At ỽo abraā
deſcendit ad. xlv. deinde ad. xl. deinde
xxx. deinde ad. xx. deinde ad. x. auidus
vt populus ab illa plaga liberaretur.

¶ Qr decem perſone faciunt populum.

TErtio conſideremus in abraā
prudentiā: qr nō deſcēdit in-
fra decē. Scđm Nico. de lyra
hoc ideo fecit: qr decē faciunt
populū. Neqꝫ videbatur cōueniens: vt
vbi nō inueniret populus iuſtoꝝ indul
geret de⁹ tot iniquis atqꝫ peruerſis.

¶ De terribili ſodomorum cōcrematio-
ne. Capm. iij.

IAm dicēdū eſt quō de⁹ vltus
eſt ingratē illoꝝ: q̄ vt ſic dicā
tādiu fatigauerant eius men
tem. Ubi tria conſideremus.
Primo angeloꝝ apparitionē.
Scđo loth liberationē.
Tertio ciuitatū deletionē.

¶ De angelis qui apparuerūt abrae in
ſpecie iuuenum.

PRimo cōſideremus angelorū
apparitionē. Dicit textus bi-
blie. Abijt dñs ideſt nō appa
ruit: poſtꝙ ceſſauit loqui: et
abraā reuerſus eſt in locum ſuū. Vene-
rūtqꝫ duo angeli ſodomā veſpere. Nico
laus de lyra. Venerūt inquit in aſſum-
ptis corporib⁹ in ſpecie iuuenū ſedente
Loth in forib⁹ ciuitatis expectāte alicu
ius hoſpitis aduētū. Qui occurrēs eis:
adorauit. i. reuerēter ſuſcepit eos: petēs
vt declinarēt in domū ſuā. Quibus in
greſſis fecit conuiuium et comederunt.

¶ Pro habēda aliquali intelligētia eo-
rū q̄ hic dicunt de angelis notāda ſunt
tria. Primū ꝙ angeli nō habēt corpora
ſibi naturaliter vnita: vt docēt oēs theo
logi in. ij. ſentē. diſt. viij. Et hoc ꝓbatur
per Damaſcenū ⁊ Dionyſiū. Tñ contra
hoc arguūt aliqui. Nam Origenes in li
bro periarchon dicit ſic: Solius dei:
patris et filij et ſpiritusſcti vere id pro
prium eſt: vt ſine materiali ſubſtantia et
abſqꝫ vlla corporee additionis ſocietate
intelligatur exiſtere. Bernardus etiā di
cit homel. vj. ſuper cantica. Demus ſoli
deo ſic immortalitatem: ſic incorporei
tatem cuius natura ſola nec propter ſe
nec propter aliud ſolacio indiget inſtru
menti corporei. Liquet autem omnem
ſpiritū creatū corporeo īdigere ſolacio.
Et Aug. in. ij. ſup Geñ. ad lrām. ⁊ in. iij.
de trinitate. ⁊ in. viij. de ciui. dei. ⁊ in li
bro de eccle. dogma. videt aſſerere ꝙ an
geli habēt corpora aerea ⁊ ſubtiliſſima.
Et Grego. in homelia epiphanie noiat
angelū aīal rōnale. ¶ His autoritatib⁹
reſpondet ſanct⁹ Tho. j. parte. q. lj. ar. j.
ad. j. arg. ꝙ aliqui eſtimauerunt nullas
ſubſtantias incorporeas eſſe: niſi corpo-
ribus vnitas: adeo ꝙ quidā etiā deum
poſuerunt eſſe aīam mundi: vt Aug. do
cet lib. vij. de ciui. dei. c. vj. Sed qr hoc
fidei catholice repugnat: que ponit deū
ſup oīa exaltatū. ſm illud pš. viij. Ele-
uata eſt magnificentia tua ſuper celos.
Origenes hoc de deo recuſans dicere
in alijs ſecutus eſt alioꝝ opinionē: ſicut
⁊ in multis alijs deceptus fuit: ſequēs
antiquorum philoſophorū opiniones.
Unde Hieronymus ad Deſiderium de
illo inquit: Origenes melior in bonis:
peior in malis fuit: cuius hereſes in li
bris periarchon quos ipſe cōpoſuit ma
xime inueniri dicuntur. Magiſter in his

ſtoria ſcholaſtica ſuper Geneſim circa
principium. Periarchon eſt liber in quo
Origenes dixit xpm adhuc in aere pro
demonibus pati debere: ſicut in terra
pro hoibus paſſus eſt. Nō tenetur igi⸗
tur eius dictū: ꝙ angeli habeant corpo⸗
ra. Uerbum ꝟo Bernardi exponitur ꝙ
ſpiritus creati indigēt corporeo inſtru⸗
mēto: non naturalr̄ vnito: ſed ad aliq̄d
aſſumpto: vt infra diceť: ſcʒ ꝑpter iſtru
ctionē noſtrā. Aug. aūt loquiť nō aſſe⸗
rēdo: ſed platonicorum vrēs opinione.
Greg. ꝟo noīat angelū rōnale aīal: me⸗
taphorice propter ſimilitudinem rōnis.
¶ Scdm notandū ꝙ quidā dixerūt an⸗
gelos corpora nūq̄ aſſumpſiſſe: ſed oīa
que in ſcripturis diuinis legūtur de ap⸗
paritionibus angeloꝝ: contigiſſe in vi⸗
ſione prophetie: hoc eſt ſm imaginem.
Sed hoc dictum vt dicit Thom. vbi. ſ.
arti. ij. repugnat intentioni ſcripture.
Illud enim qd̄ imaginaria viſione vide⸗
tur eſt in ſola imaginatione videntis.
Unde non videtur indifferenter ab om
nibus. Scriptura autem diuina ſic in⸗
troducit interdum angelos apparētes:
vt cōmuniter ab omnibus viderentur:
ſicut angeli apparentes abrae viſi ſunt
ab eo ⁊ a tota familia eius a Loth et a
ciuibus ſodomorum. Silr̄ angelus qui
apparuit Tobie ab oībus videbatur.
Ex quo manifeſtū fit iſta contigiſſe ſm
corpoream viſionem: qua videtur id qd̄
poſitum eſt extra videntē: vnde ab om⸗
nibus videri pōt. Tali aūt viſione non
videť niſi corpus. Cū ergo angeli neqȝ
ſint corpora neqȝ habeāt corpora ſibi na
turaliter vnita: relinquitur ꝙ interduʒ
corpora aſſumant. Aſſumunt aūt illa ex
aere cōdenſando ipſum virtute diuina:
quātum neceſſe eſt ad corporis aſſumē⸗
di formationē. Nam aer condēſatus fi⸗
gurari ⁊ colorari pōt. Corpus ꝟo aſſum
ptum ab angelo vnitur ſibi: nō quidem
vt forme: ſed ſicut motori repreſentato
per corpus mobile aſſumptū. Sicut eñi
in ſacra ſcriptura ꝓprietates rerū intel
ligibiliū ſub ſimilitudinibus rerū ſenſi⸗
biliū deſcribūtur: ita corpora ſenſibilia:
diuina virtute ſic formātur ab angelis
vt congruant ad repreſentanduʒ angeli
intelligibiles proprietates: ⁊ hoc eſt an⸗
gelum aſſumere corpus. Et lʒ angeli nō
indigeant corpore aſſumpto propter ſe⸗
ipſos: tñ aſſumūt corpora propter nos:
vt familiariter cum hoībus cōuerſando
demonſtrent intelligibilē ſocietatē: quā
hoīes expectant cū eis habendā in futu
ra vita. Hoc etiā ꝙ angeli corpa aſſum⸗
pſerunt in veteri teſtamēto: fuit quod⸗
dā figurale iudiciū ꝙ verbū dei aſſum⸗
pturum eſſet corpus humanū. Omnes
eñi apparitiones veteris teſtamenti ad
illā apparitioneʒ ordinate fuerunt: qua
filius dei apparuit in carne. ¶ Tertium
notandū ꝙ ſicut nō eſt contra veritateʒ
ꝙ in ſcripturis intelligibilia ſub figu⸗
ris ſenſibilibus deſcribūtur: qr hoc non
dicitur ad aſtruendum ꝙ intelligibilia
ſint ſenſibilia: ſed quia per figuras ſen⸗
ſibiliū proprietates intelligibiliū ſm ſi⸗
militudinem quandā dantur intelligi.
Ita nō repugnat veritati ſanctoꝝ an⸗
geloꝝ ꝙ corpora ab eis aſſumpta vidē⸗
tur homines viuētes: licʒ non ſint. Nō
eñi aſſumuntur niſi vt per proprietates
hoīs: ⁊ operationē hoīs ſpirituales ꝓ⸗
prietates angeloꝝ: ⁊ eoꝝ ſpirituali ope⸗
re deſigneť. Qd̄ nō ita cōgrue fieret ſi
veros hoīes aſſumerēt: qr proprietates
eorū ducerēt in ipſos hoīes: non in an⸗
gelos. Quare angeli per organa aſſum⸗
ptorum corporum non ſentiunt nec tñ
illa organa ſupflue ſunt formata: qr nō
ſunt formata vt ꝑ ea angeli ſentiāt: ſed
ad hoc vt per hmōi organa virtutes ſpi
rituales angeloꝝ deſignentur: ſicut per
oculū deſignať virtus cognoſcitiua an⸗
geli: ⁊ per alia mēbra alie eius virtutes
vt dicit Dionyſius vlti. c. cele. hierar.
¶ Ad hiſtoriaʒ itaqȝ reuertētes enarre⸗
mus quid actum ſit. Et ſcribiť in textu
biblie ꝙ viri ciuitatis a puero vſqȝ ad
ſenē vallauerūt domū: ⁊ dixerūt Loth:
Educ viros illos huc vt cognoſcamus
eos. Quib⁹ Loth obtulit filias: q̄ nōdū

cognouerãtviros dicẽs. Accipite illas
⁊ abutimini eis: viros aũt iſtos nõ tã-
gatis. ❡ Hic queritᷣ vtrũ loth ſic faciẽs
peccauerit. Et quidã dicũt ꝙ nõ: eo ꝙ
de duobꝰ malis minus eſt eligendũ. vt
pꝫ di. xiij. c. duo. ⁊. xxij. q. iiij. c. iurauit.
⁊. c. nõ ſolũ. Sed Nicol. de lyra dicit ꝙ
illud intelligitᷣ in corporalibꝰ ſeu tpali
bus: nõ aũt in ſpũalibꝰ: qm̃ vt dicᷣ aplˢ
nõ ſunt facienda mala vt inde veniant
bona. Et idẽ dicitᷣ. xxxij. q. iiij. c. ſic non
ſunt. ⁊. xxxij. q. v. c. ſi quis vxorẽ. Quare
illicitũ fuit loth cõcedere filias ad abu
ſum. Charitas em̃ eſt ordinata: et ideo
nullus debet cõmittere aliquid inordi
natũ vt p̄caueat a maiori pctõ alteriꝰ.
Loth ergo nõ potuit offerre filias ſuas
quin conſentiret pctõ mortali. Excuſa-
tur itaqꝫ a tanto: ſed nõ a toto. Tũ ra-
tione perturbationis mẽtis in q̄ erat.
Tũ quia vitio peſſimo in ſuis ciuibus
⁊ violentie in hoſpitibꝰ occurrere intẽ
debat. Dũ ergo ſodomite violẽtiã infer
re tẽtarent: ita vt vellent effringere por-
tas domus: angeli introduxerunt loth
clauſeruntqꝫ oſtiũ: ⁊ eos qui foris erãt
percuſſerũt cecitate: a maximo vſqꝫ ad
minimũ. Nico. de lyra dicit: ꝙ percuſſi
ſunt cecitate: non priuatione viſus: ſed
acriſia. Magiſter in hiſtoria ſcholaſti-
ca dicit: Acriſia eſt qñ hoĩes habẽt ocu
los apertos ⁊ non vident: qȯ magi fa-
ciũt incantationibus. Fit inſup aliqñ
ꝙ homines rem habent in manu ⁊ nõ
vident: et hoc etiam eſt acriſia: ab a qȯ
eſt ſine: ⁊ criſis iudicium. ❡ Secũdo cõ
ſideremus loth liberationem. Dixerũt
angeli ad loth: Om̃es tuos educ de vr-
be hac. Delebimus enim locum iſtum.
Et ingreſſus loth ad generos ſuos ait
eis: Surgite et egredimini: quia dele-
bit dominus ciuitatem iſtam. Non eſt
credendum: vt ait Hieronymus his
qui dicunt alias filias a predictis vir-
ginibus loth habuiſſe habentes viros
que cum viris ſubmerſe ſunt: ſed gene-
ros vocat futuros generos. Unde he-
braica veritas habet. Egreſſus eſt loth

ad ſponſos qui noluerunt egredi ⁊ vi-
ſus eſt eis ludens loqui. Mane diſſi-
mulante loth exire apprehenſum: cum
cum vxore ſua ⁊ filiabus ſuis ſtatuerũt
eum angeli extra ciuitatem dicentes:
Ne reſpicias retro: ſed in monte ſaluũ
te fac. Qui ex perturbatione nondum
plene credens domino ait: Nõ poſſum
in monte ſaluari: ne forte apprehẽdat
me malũ ⁊ moriar. Dicit magiſter in hi
ſtoria ſcholaſtica. Forte ſenex: montiũ
frigora: ⁊ laborẽ vie horrebat. Addidit
Loth. Eſt hic ciuitas parua: ad quam
fugere ſufficio: vt ſaluer ĩ ea. Et ait do-
minus: Non ſubuertam vrbem ꝓ qua
locutus es. Et ꝓpter verba Loth vo-
cata eſt ciuitas illa ſegor: ideſt parua.
Quãdiu aũt fuit ibi Loth: dñs pepercit
ei: ſed vt dicit Hiero. concuſſa fuit bis
terremotu. Unde Loth timẽs egreſſus
mãſit in mõte: ⁊ ſegor poſt ſubuerſioneꝫ
quattuor ciuitatũ: tertio terremotu ab-
ſorpta fuit. ❡ Tertio cõſideremus ciui-
tatum deletionẽ. Egreſſo Loth de So-
domis: pluit dñs ſuper ciuitates illas
ſulphur ⁊ ignẽ. Dicit Nicolaus de lyra
ꝙ ignis ſulphureus habet ardorem et
fetorẽ: ad ſignificandũ vitium ſodomi-
tarum: qȯ fetet vilitate: et ardet ardore
concupiſcentie. Et ſubuertit dñs ciuita-
tes illas: et omnes habitantes in eis.
Uxor ẏo Loth reſpiciens poſt ſe verſa
eſt in ſtatuam ſalis: quam Joſephus di
cit ſe vidiſſe. Dicunt hebrei ꝙ hoc fuit
qꝛ peccauerat in ſale: vt ſic pena reſpon-
deret peccato. Petẽti enim Loth ſal ꝓ
condimento cibi angelorũ: quos homi-
nes credebat: ipſa renuit apportare: qꝛ
non habebat charitatem ad hoſpites.
Perierũt itaqꝫ in igne omnes vtriuſqꝫ
ſexus: qui erant in ciuitatibus illis: to-
taqꝫ regio conuerſa eſt in lacuꝫ. De quo
Iſidorus lib. xiij. etymol. ait: ꝙ dicitᷣ ma
re mortuum: qꝛ nihil gignit viuum: ni-
hil recipit ex genere viuentium. Nam
neqꝫ piſces habet: neqꝫ aſſuetas aquis
et letas mergendi vſu patitur aues: ſed
et quecunqꝫ viuentia mergenda tenta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aeris: quacū qꝫ arte demerſa ſtatim reſi liunt: et q̄uis vehementer illiſa: ſtatim excutiuntur. Sed neqꝫ ventis mouetur reſiſtēte turbinibus bitumine. Neqꝫ nauigationis patiēs eſt: quia omnia vita carētia in profundum merguntur. Nec materiam vllam ſuſtinet: niſi que bitumine illuſtratur. Lucernam accēſam ferunt ſupernatare: extincto lumine mergi. Puto ꝙ ſapiētiſſimus deus ſtatuerit lacum illum tā admirādis proprietatibus ſociari: vt ſic magis occaſionem habeant homines cognoſcendi virtutē et potentiam dei. Ipſe ergo ſodomitas deleuit: nec paſſus eſt regionem illorum in lacum conuerſam vt tactum eſt: vllo vnq̄ tēpore habitabilem fieri. Caueant ergo qui chriſtiano nomine decorātur: ne tanto crimine irretiti: deum celi conturbent: et inducant vt iudicet illos: et verberet flagello ſuo. A quo nos miſericorditer liberet: qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ De iudicio dei contra Pharaonem et egyptios: in populum iudeorum ſeuiētes. Sermo. x.

D Ue repetim' frequentius de iudicijs dei viuentis: videntur his quibus lapidea corda ſunt et adamantina: friuola eſſe ineptaqꝫ ⁊ abijciēda. Aiunt enim illa cōficta inuētaqꝫ eſſe: vt ſic vulgares terroribus quatiant. Sed profecto rerū geſtarū experientia docet: ipſos velint nolint eſſe mētitos. Offert nāqꝫ ſcriptura ſctā vndiqꝫ apertiſſime exempla ⁊ manifeſta in quibus luculēter cognoſcere poſſum' q̄ terribilis omnipotens deus fuerit: ⁊ q̄dem ſepius ꝯ pctōres illū ſpernentes. Inter q̄ extat illud vnuꝫ: de quo in p̄ſenti ſermone erimus diſceptaturi: q̄ñ. ſ. tot plagis percuſſit Pharaonē ⁊ pplm egyptioꝝ ꝓpter delicta ⁊ facinora ſua. Quare de iudicio dei ꝯ Pharaonē locuturi: tria myſteria de illo ꝓponimus percurrēda.

Primū d' ppli iſraelitici afflictio.
Scōm Moyſi diuina electio.
Tertiū pharaonis ⁊ ſuoꝝ punitio.

¶ Qualiter Pharao ⁊ egyptij crudeles erant populo iudeoꝝ. Cap. j.

P Eccauit Pharao cōtra populū dei: ⁊ egyptij fecerunt ſimiliter. Neqꝫ arbitrandū eſt illū Pharaonē fuiſſe ſub quo Ioſeph tā glorioſe ſublimatus eſt: qꝛ vt dicit Uincētius i ſpeculo hiſtoriali ille dictus fuit Meſres: poſt quē ⁊ multi alij pharaones regnauerunt ſucceſſiue i egypto: vſqꝫ ad iſtū Pharaonē Amenoſis nominatum: qui in iudeos acriter inſurrexit. Qd' vt melius innoteſcat: in hoc myſterio de pplo iudaico tria ꝯſiderare debemus.

Primo multiplicationē.
Scdo ꝑſecutionē.
Tertio aggrauationē.

¶ Qualiter multiplicatus eſt populus iudeorum.

p Rimo ꝯſideremus illius populi multiplicationem. Dicit enim Exo. j. c. Filij iſrael creuerunt ⁊ quaſi germinantes multiplicati ſunt: ⁊ roborati nimis impleuerūt terrā. ⁊ Aug. xv. li. de ciui. dei. dicit: Ex vno Abraam nō multo amplius quadringentis annis multiplicatio hebree gentis tanta procreata eſt: vt in exitu eiuſdem populi ex egypto ſexcenta milia hominum fuiſſe referantur bellice iuuētutis. Scōm aūt magiſtruꝫ in hiſtoria ſcholaſtica. ⁊ colligitur ex. xij. c. Exo. habitatio filioruꝫ iſrael in egypto fuit quadringentoꝝ triginta annoruꝫ. Sed noīe egypti intelligendus eſt oīs incolatus eoꝝ qui incepit a ꝓmiſſione facta Abrae in via meſopotamie. ¶ Secundo cōſideremus illius ppli ꝑſecutionem: quare. ſ. pharao ⁊ egyptij ꝑſequebant iudeos. Et dicit Ioſephus ꝙ egyptij inuidebant eis ꝓpter virtutē ingenij ⁊ laboris induſtriā: ⁊ affluētiā opuꝫ ⁊ ſobolis nobilitatē. Secunda rō aſſignat Exo. j. vbi dicit: ꝙ Pharao dixit:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Populus iſrael fortior eſt nobis: opprimamus eū ne multiplicatꝰ inſurgat cōtra nos: vel adulando hoſtibꝰ noſtris exeat liber. Tertia rō ponit̄ in glo. ſup Mat. ꝙ diabolus preſagiēs xpm naſciturū ex hebreis: pplm extinguere nitebatur. Concurrebāt ergo ſimul īuidia ppli: timor Pharaonis: ⁊ malicia diaboli. ¶ Tertio cōſideremꝰ illiꝰ ppli grauationē. Impoſuit pharao illi populo graues angarias operuꝫ ſm magiſtrū in hiſtoria ſcholaſtica qbus fracti non vacarent amplexibꝰ: ⁊ magiſtros operꝫ prefecit egyptios vt durius affligerent eos. Cōpellebantur coquere lateres: ex quibꝰ ampliarent̄ ciuitates. ſ. Phiton: et Rameſſen que erāt in finibꝰ egypti: et fortificauit eas Pharao ponens ibi armatos: ne qs poſſet ingredi vel egredi ſine regis nutu. Aliud opus nō tam graue ꝙ̄ ſeruile impoſuit eis vt lutum platearū et ſordes vicorū cophinis exportarēt. De quo pſ. lxxx. Manꝰ eiꝰ in cophino ſeruierunt. Tertiū etiā addit Joſephꝰ: vt. ſ. fluuiū ꝑ multas deriuationes diuiderēt ⁊ circūdarēt ciuitates foſſatis. Quanto magis autē opprimebantur: tanto magis deo autore multiplicabant̄. Qḋ vidēs pharao p̄cepit obſtetricibꝰ hebreoꝝ Sephore ⁊ phue: q̄ ſm Nico. de lyra erāt egyptie: ⁊ p̄erant multitudini obſtetricū: vt maſculos hebreoꝝ obſtetricādo interficerēt ⁊ abortum factū mētirent̄: feminas aūt reſeruarēt. Dicit magiſter in hiſto. ꝙ hoc factū eſt: tū qꝛ femine nō poterāt ſurgere contra regē: tū qꝛ volebant illas ad luxuriam egyptioꝝ: tū qꝛ erant vtiles ſm Nicol. de lyra ad aliqua opa q̄ egyptij facere neſciebāt. In tot angarijs: ī tot laboribꝰ non ſatiabat̄ crudelitas pharaonis. Quinimo cū obſtetrices qḋ ordinauerat facere noluiſſent dicētes hebreas mulieres artē obſtetricādi habere ⁊ abſqꝫ illis parere precepit pharao omni populo ſuo dicens: Quicqd maſculini ſexus natū fuerit. ſ. de iudeis in flumen proijcite: ⁊ quicquid feminei reſeruate. O quātꝰ erat meror: quantuſve luctus hebreoꝝ. Quot lamēta: quot gemitus. Clamabant ad deum creatorem oīm. Miſerere noſtri dn̄e miſerere noſtri: ſubueni nobis: ⁊ fer pereūtibꝰ opē. Adiuua nos deus ſalutaris nr̄: ⁊ ꝑpter gloriā nominis tui domine libera nos nec patiaris nos tam dure vexari ac moleſtari.

¶ Qr deus exaudiuit clamorem populi iudaici: ⁊ elegit Moyſen ducem et liberatorem. Capitulum. ij.

NOn derelinquit in ſe ſperātes deꝰ qui ſi quādoqꝫ illos pati ſecreto ſuo iudicio ſinat tandē ſue miſericordie venā aperire nō deſinit. Voluit ergo ꝑ pietate ſua populū in afflictione clamātem exaudire. Elegitqꝫ Moyſen ducē ⁊ liberatorem quē ampliſſimis prerogatiuis dotare dignatus eſt. Ut aūt hoc clarius habeat̄: bn̄ eſt vt de hoc Moyſe in hoc ſecūdo myſterio tria cōſideremus,

Primo generationem,
Scḋo preſeruationem,
Tertio vocationem.

¶ De natiuitate ⁊ ortu moyſi qui natus eſt ſm beneplacitum dei.

PRimo cōſideremus moyſi generationem. Natus quippe eſt moyſes ſm beneplacituꝫ diuinuꝫ. Dicitur nāqꝫ Exod. ij. Egreſſus eſt poſt hoc vir de domo leui: ⁊ accepit vxorē ſtirpis ſue: que concepit ⁊ peperit filium. Dicit Nico. de lyra ꝙ iſta acceptio non poteſt intelligi de acceptione in matrimonio: qꝛ dicit poſt hoc. i. poſt preceptum regis de pueris ſubmergēdis. Nam ante illud preceptū vxor pepererat Aaron qui natꝰ fuit ante moyſen annis tribus. Qḋ probatur Exoḋ. vij. vbi ḋr: ꝙ moyſes. lxxx. erat annorum: ⁊ aaron octogintatriū quando locuti ſunt ad pharaonē. Iō Joſephus et alij dicunt: ꝙ iſta acceptio intelligit̄ de copula: quia propter edictum regis multi ſeparauerūt ſe ab vxoribus: quātum ad carnalē copulam; magis eligen

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

les non generare: Quē ꝙ filij ſtatim nati
ſubmergerētur in flumine. Et dñs am-
monuit amrā patrē moyſi in ſomnis: ꝙ
ſecure ad vxorem accederet: quia ex illa
filium generaret: qui populū eſſet libe-
raturus. Et ſic eam cognouit: concepit
ergo vxor Amrā ⁊ peperit filiū ſm ma-
giſtrū in hiſtoria ſcholaſtica ſilentio: eo
ꝙ nō multum doloris partus ei intule-
rit. Nec abſurdū aut impoſſibile id eēſe
videbet: qm̄ Plutarchus refert in vita
Ciceronis: ꝙ quādo in lucem venit Tul
lius: nullo puerperij dolore: tertio kal.
Januarij natus eſt. Abſcōdit ergo ma-
ter Moyſen tribus menſibus. Refert
Augu. xviij. lib. de ciui. dei. xxxix. c. ꝙ eo
tēpore quo Moyſes natus eſt fuiſſe re-
peritur Athlas ille magnus aſtrologus
Promethei frater matern⁹ auus Mer-
curij maioris: cuius nepos fuit mercu-
rius trimegiſtus. ¶ Scdo cōſideremus
Moyſi preſeruationē. Preſeruauit illū
deus a periculis: ne violēta morte occi-
deretur. At eñ inquit Nico. de lyra: qꝛ
inquiſitiones fiebant in domibus: non
potuit vltra illū abſcōdere mater. Qua
re cōpulſa ſumpſit fiſcellā ſcirpeā vt dꝛ
Exod. ij. c. j. capſellam de iuncis cōtextā
⁊ rotundam: vt dicit magiſter in hiſto-
ria: ⁊ liniuit eam bitumine ac pice: ⁊ po
nēs intus infantulū in charecto ripe eū
expoſuit: ne impetu fluminis raperetur
ſtante ꝓcul ſorore paruula Maria: ⁊ ex
pectante rei exitū ex matris ꝓcepto ſm
magiſtrū in hiſto. Et ecce deſcēdit filia
Pharaonis vt lauaret in flumine. Que
videns fiſcellā: afferri fecit ⁊ aperiri: vi-
denſqꝫ paruulū vagientem miſerta eſt
eius dicēs: De infantibus hebreoꝝ eſt.
Refert Joſephus ꝙ tante pulchritudi
nis erat: vt nullus adeo ſeuerus eſſet q̄
inſpiciens illū nō diligeret: multiqꝫ de
poſt dum cernerent eum per plateā fer
ri: occupationes in qbus ſtudebant de-
ſererent. Dū igitur ſuſceptū puerū expo
ſitum: vt Joſephus narrat: aliq̄ egy-
ptie vellent lactare: nolebat illarū ſug-
gere mām̄as. At maria ſoror diſſimulās
ꝙ frater eius eſſet: dixit filie Pharao-
nis: Uis dña vt aduocē aliquā hebreā?
Que dixit: Sic. Uocauitqꝫ matrē cui il-
la ablactandū tradidit filiuꝫ ꝓmiſitqꝫ
mercedem. Suſcepit mulier ⁊ nutriuit
puerū: adultūqꝫ tradidit filie Pharao-
nis: que adoptauit illū in filium: voca-
uitqꝫ nomē eius Moyſes dicens: qꝛ de
aqua tuli eū: ſm magiſtrum in hiſtoria
ſcho. Egyptij mos aquā: is ſaluatū di-
cūt. Addit magiſter in hiſto. ſcho. ꝙ dū
quadam die Pharaoni filia obtuliſſet
Moyſen: vt ⁊ ipſe eū adoptaret: admi-
rans rex pueri venuſtatē: coronā quam
fronte geſtabat capiti illius impoſuit.
Erat aūt in ea Amonis imago fabrefa-
cta. Puer aūt coronā ꝓiecit in terram ⁊
fregit. Sacerdos aūt heliopoleos a la-
tere regis ſurgens exclamauit: Hic eſt
puer quē nobis deus occidendū māda
uit: ⁊ voluit irruere in eū: ſed auxilio re-
gis liberatus eſt: etiā ꝑſuaſiōe cuiuſdaꝫ
ſapiētis q̄ per ignorātiā hoc factū eſſe a
puero aſſeruit. In cuius rei argumētuꝫ
cū prunas allatas puero obtuliſſet: pu
er eas ori ſuo appoſuit: ⁊ lingue ſue ſum-
mitatē igne corrupit. Uñ ⁊ hebrei cum
īpeditionis lingue fuiſſet: inde ꝓceſſiſſe
autumāt. Poſtq̄ vo creuit vt habetur
Exod. ij. c. amplius factus robuſtus: vi
dit quadā die vnū de egyptijs verberā-
tem quēdā hebreū: ⁊ Moyſes reſpiciēs
huc atqꝫ illuc: vidēs ꝙ nullus adeſſet:
interfecit eū ⁊ abſcōdit in ſabulo. Dicit
Nico. de ly. ꝙ hebrei tenēt: ꝙ iſte q̄ erat
ꝑcuſſus ab Egyptio: fuit vir Salumith
que erat pulchra valde: de qua habetur
Leuit. xxiiij. c. Egyptius auteꝫ ille erat
vnus ex prepoſitis qui ordinauit ꝙ he-
breus in aurora ſurgeret: ⁊ veniret ad
opa. At ille domū adiēs ad Salumith
adhuc in lecto iacentē acceſſit. Que cre-
dens eſſe virum accepit euꝫ. Poſtq̄ vo
innotuit ſibi proditio: conqueſta eſt vi-
ro. Quare vir rixabatur cum illo egy-
ptio: ⁊ ille verberabat eum. Moyſes au
tem ex reuelatione dei ſciebat ſe eſſe ele-
ctum ducem ⁊ defenſoreꝫ illius populi.

Itaqʒ ſine pctō interfecit illum. Altera die vidit duos hebreos rixātes: ⁊ dū argueret eū q̄ fecerat iniuriā: r̄ndit: Quis te ↄſtituit iudicē ſup nos? Nū occidere me vis: ſicut heri occidiſti egyptiū? Audiuit Pharao verbū hoc: ⁊ q̄rebat occidere Moyſen q̄ fugiēs p deſertū venit in terrā Madian: ſeditqʒ iuxta puteū. Erāt aūt ſacerdoti Madian. i. primati qꝛ antiq̄tus ſacerdotes appellabantur maiores ⁊ principaliores: ſeptē filie. Ipſe xͦo dicebat̄ Raguel cognominatus Jetro: q̄ venerāt vt haurirēt aquā gregibus ſuis. Dicit magr̄ in hiſtoria ſcholaſtica. Officiū em̄ gregū alendoꝝ tunc erat etiā mulierū. Supueniētes xͦo paſtores reppulerūt eas quos prohibuit Moyſes ab iniuria virginū: ⁊ adaquauit greges earuʒ. Que maturius ſolito redeūtes: rogauerūt patrē ne bn̄ficium peregrini retributione priuaret̄. Vocatuſqʒ Moyſes iurauit: ꝙ habitaret cū illo: ⁊ accepit vxorē filiā eius Sephorā que peperit ei Serſan: qḋ ſonat aduena eo ꝙ in exilio genuerat euʒ. Peperitqʒ alterū quē dixit Eliezer. i. diuinū adiutoriū. Deditqʒ ei ſocrus oēm curam gregꝫ ſuoꝝ in q̄bus ſm magiſtrū in hiſtoria; oīs antiq̄s barbaris erat poſſeſſio.

¶ Tertio cōſideremus Moyſi vocationem. Nō em̄ a ſeipſo p̄ſumptuoſe grandia eſt aggreſſus: ſed a deo vocatꝰ. Nā dū paſceret greges ouiuʒ in deſerto: vt notat̄ Exo. iij. c. venit ad mōtem ſynai. Qui ſm magiſtrū in hiſtoria ſcholaſtica in quadā ſui parte dictus eſt Oreb. Et apparuit ei dn̄s in flamma ignis de medio rubi qui ardebat ⁊ nō cōburebatur. Vocauitqʒ dominꝰ Moyſen. Et ait Moyſes. Vadā ⁊ videbo viſionē hanc magnā. Et vocauit eū dn̄s de rubo. ⁊ ait Moyſes Moyſes. Qui reſpōdit: Adſuʒ. Et dn̄s. Tolle calciamēta. locus em̄ in quo ſtas terra ſctā eſt. Ego ſum deus Abraā: deus Iſaac ⁊ deus Jacob. Vidi afflictionē populi mei ī egypto ⁊ deſcēdi vt liberē eū. Veni mittam te ad Pharaonē. Sunt ⁊ alia multa in textu biblie in q̄bus luculēter oſtendit̄ ꝙ deus Moyſen ducē illius ppl̄i elegit cui in ſociū dedit Aarō fratrē eius. Cōfundantur ergo illi q̄ deceptorē ⁊ ſeductorē accuſant Moyſen: ⁊ criminant̄ illū: quaſi ex vi ingenij ⁊ artis magnalia q̄ de ipſo p̄dicant̄ feciſſet. Cōtra quos eſt ſcriptura diuina tā veteris q̄ʒ noui teſtamenti put expſſius poſui in quadrageſimali de pn̄ia in ſermone de obediētia dei.

## ¶ De varijs plagis ⁊ flagellis egypti. Capitulum. iij.

Tercedū hoc tertio loco reſtat de varijs dei iudicijs: q̄bus oēm egyptū ⁊ Pharaonē iuſte cōcuſſit. Qḋ vt plenꝰ intelligat̄ tria conſiderare debemus.

Primo pharaonis obdurationē.
Scḋo magoꝝ operationē.
Tertio egypti plagationē.

¶ Primo ↄſideremus pharaonis obdurationē. Cū em̄ Moyſes ⁊ Aarō coram Pharaone locuti fuiſſent mādata dei: feciſſentqʒ ſigna: indurauit Pharao cor ſuū. Et vt dr̄. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonoſor. ipſis flagellis durior eſt effectus ⁊ perijt. Hac occaſione querit̄ a doctoribus: vtrum obduratio ſit a deo? Et ꝙ ſic ptʒ. Quia Exo. iiij. c. dixit deus. Indurabo cor Pharaonis. ⁊ Exo. ix. c. ⁊. x. ⁊. xiiij. Indurauit deus cor pharaonis. ⁊ Eſa. lxiij. ſcribit̄: Indurasti cor noſtrū ne timeremus te. ⁊ Roma. ix. apl̄s ait: Cuiusvult deus miſeret̄: ⁊ quē vult indurat. Sed cōtrarium pbari pōt. Dicit em̄ propheta pſ̄. xciiij. Nolite obdurare corda veſtra. ⁊ Iiere. v. c. cōqueritur deus dicens: Indurauerūt facies ſuas ſupra petrā ⁊ noluerunt reuerti. ⁊ Iiere. xvij. c. Indurauerūt ceruicē ſuā ne audirent me ⁊ ne acciperēt diſciplinā: ergo videt̄ ꝙ induratio ſit a ppria malicia. Reſpōdet Boū. di. xl. ſ. ii. ar. iij. q. ſ. ⁊. ij. ꝙ obduratio vno modo dicit culpā. Et ſic ſm Aug. li. de p̄deſtinatione ſctōꝝ obduratio nil aliud eſt: q̄ dei obuiare mandatis. Et glo. Rom̄. ij. c. Obdura

tio eſt obdurate mentis in malicia ꝑti⸗
nacia: per quā fit hō impenitēs. Hec eſt
ab hoīe nō a deo: qꝛ vt ꝓbatum eſt: deo
autore nō fit hō deterioꝛ. Alio mō obdu
ratio dicit penā. Et qꝛ oīs pena iuſta eſt
ꝛ oꝛdinata: ſic obduratio eſt a deo q̄ ni⸗
hil aliud eſt ꝙ̄ ſubtractio grē qua ho⸗
mo nō eſt dignus: qꝛ illa abuteret̄. Pro
pterea de multis dicit deus in pš. lxxx.
Dimiſi eos ſm̄ deſideria coꝛdis eoꝛum:
ibūt in adinuētionibus ſuis. Hinc Au⸗
gu. ait li. de libe. arbi. Indurauit deus
Pharaonē iuſto iudicio: ſed ipſe ſe libe
ro arbitrio. Vñ cum audiſſet relata per
Moyſen ꝛ Aaron: vidiſſetq̄ʒ virgā con
uerſam in colubrū: ꝛ rurſus colubrū cō⸗
uerſam in virgā: iuſſit affligi populum
ne darent̄ eis palee: ſed ipſi acquirerēt
ꝛ redderēt numerum laterū cōſuetum.
¶ Scḋo ꝯſideremus magoꝝ operatio⸗
nem. Nam vt dr̄ Exo. vij. c. Magi Pha
raonis ꝓiecerūt virgas in terrā: q̄ verſe
ſunt in ſerpētes. Sed hec difficultas nō
parua oꝛit̄. Vtrū ille virge cōuerſe ſunt
in veros ſerpētes? Et quidā dicūt ꝙ ibi
nō fuerūt veri ſerpētes: ſʒ fuit tm̄ que⸗
dam deluſio: qꝛ vt dicit Augu. iij. de tri.
Nō eſt putandū iſtis trāſgreſſoꝛibꝰ an⸗
gelis ad nutū ſeruire hāc viſibiliū mate
riā rerū: ſed ſoli deo. Rō iſtoꝝ eſt: qꝛ foꝛ
tioꝛ erit diabolus tpe antixp̄i ꝙ̄ nunc.
Sed tūc mēdaciter operabitur: vt dicit
Aug. ij. li. de ciui. dei. c. xix. ꝛ apl's etiam
ſcribit. ij. Theſ. ij. c. Cuius aduētus erit
ſm̄ operationē ſathane in oī virtute et
ſignis ꝛ ꝓdigijs mēdacibus. Veruntm̄
Alex. in. ij. li. q. xliij. mē. ſ. ſoluit di. ꝙ cū
in mēdacio duo intelligant̄. ſ. falſitas ꝛ
intētio fallēdi in miraculis antixp̄i ali⸗
q̄n erit falſitas ex parte rei: aliquando
erit veritas ex parte rei: non tamen ex
parte intentionis. Intendet quippe de
cipere homines: ꝛ facere credere ſe eſſe
deum. Sic opera magoruʒ Pharaonis
erant vera ex parte rei: ſed mendacia ex
parte intentionis. Intendebant nancq̄ʒ
ipſi: vt videntes crederent: ꝙ opera ſua
ꝓcederent volente deo: ſicut opa Moy

ſi: tamen vt dicit Augu. li. x. de ciui. dei.
viij. c. faciebant illi veneficijs. i. incanta
tionibus magicis: quibus ſunt angeli
mali: hoc eſt demones dediti. Alij dicūt
ꝙ cōuerſio virgarum in ſerpentes fuit
ſm̄ apparentiā: ꝛ tm̄ ibi fuerunt veri ſer
pentes: qꝛ demones ꝓpꝛia virtute di⸗
miſſi poterant virgas a magis ꝓiectas
per motū localē imperceptibiliter ſen⸗
ſui humano tollere: ꝛ loco earū ſerpen⸗
tes aliunde poꝛtātes ſupponere. Vide⸗
mus enim ꝙ aliqui per ſubtilitatē ma
nuum ꝛ motū localē: aliqua ſic trāſmu⸗
tant ꝙ hoīes nō percipiunt: multo foꝛ⸗
tius demones. Nōnulli ꝟo referunt ꝙ
ibi fuit vera conuerſio virgarum in ſer⸗
pētes. Et hoc dicit Strabo in glo. Mo
dum autē aſſignat Alexā. in. ij. q. xliij. ꝛ
Nico. de ly. ſuper hoc paſſu. Naʒ demo⸗
nes per motum localem poſſunt appli⸗
care actiua naturalia paſſiuis: ꝛ ſic ſe⸗
quuntur effectus naturales: ſicut appli
catis lignis ad ignē per manū hoīs ge⸗
neratur ignis in materia lignoꝝ: illa ta
men generatio eſt ab igne ſicut ab agen
te ꝓpꝛio: ꝛ ab applicante ligna mini⸗
ſterialiter tm̄. Si obijceretur qꝛ ī textu
dr̄: deuoꝛauit virga ꝟgas: ergo nō erāt
ſerpentes. Reſpōdet Augu. ꝙ iſtud di⸗
ctum fuit initialiter: ꝛ finaliter ꝙ vide⸗
lʒ ex virga Moyſi factus eſt ſerpens: ꝛ
in virgaʒ rediјt. Similiter virge mago
rum potuerunt dici virge initialiter: ſʒ
non finaliter. Ideo virga Aaron deuo⸗
rauit. i. abſtulit eis poteſtatē redeundi
in virgas: qꝛ etſi aliquo modo eēt oꝛdo
naturalis: vt ex virgis fierēt ſerpentes:
non tm̄ econuerſo. ¶ Tertio cōſideremꝰ
egypti plagationeʒ. Voluit nācq̄ʒ deus
flagellare egyptū decem plagis. ¶ Pri
ma ponit̄ Exo. vij. Aqua fluminis verſa
eſt in ſanguinem: ꝛ piſces qui erant in
aqua moꝛtui ſunt diebus ſeptem. Dicit
magiſter in hiſto. ꝙ fuit ſanguis in om
ni terra egypti: in fluuijs: riuis: ꝛ palu⸗
dibus: ꝛ in vaſis domoꝝ tam ligneis q̄ʒ
ſaxeis. Foderūtq̄ʒ puteos egyptij ꝑ cir⸗
cūitum fluminis: ꝛ inuenerunt ſanguis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nem. Refert Joſephus φ hebreis erat fluuius potabilis: lȝ eſſet mutat⁹. Egyptijs ꝟo nō ſolū colore: ſed etiaȝ ſapore amoro cruorē pferebat. ¶ Scḋa plaga notatur Exo. viij. Aſcendit multitudo ranarū: operuitq̧ totā terram egypti. Aſſerit Joſephus φ orte in breui morie bant ⁊ putreſcētibus cadaueribus: fetor nimis noxius exhalabat ex aqua: imo quaſi quedā domeſtice domos ītrātes: ſic in cibis ⁊ potibus ⁊ lectis inueniebant. ¶ Tertia plaga adhuc annotatur Exo. viij. φ oīs puluis terre verſus eſt in cyniſes per totā terrā egypti: moleſtantes hoīes ⁊ iumēta. Magiſter in hi. ſcho. dicit: Sunt cyniſes muſce adeo ſubtiles vt viſum niſi acute vidētis effugiant. Addit Joſephus φ innumera multitudo pediculoꝝ egyptijs pullulauit ex interioribus ebulliens: quos nec lauacris nec medicamentoꝝ vnguētis exterminare poterant. Nam vt recitat magiſter in hiſto. multis plagis preter decē famoſas credibile eſt pcuſſos egyptios. ¶ Quarta plaga fuit: quia venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcaꝝ. Ponit magiſter in hiſto. φ quidā egyptioꝝ inter hec flagella timētes egyptū peritură egreſſi ſunt: vt Cecrops qui ingreſſus greciā vrbē cōdidit: q̄ poſtea dicta eſt athene. Creditur etiā eadē tēpeſtate egreſſus dionyſius Bacchus: qui ⁊ agros coluit: ⁊ vſum vinee grecis dedit. ¶ Quinta plaga deſcribitur Exoḋ. ix. Mortua ſunt oīa animātia egyptiorum. De aīalibus ꝟo filiorū iſrael nihil oīno perijt. Nico. de ly. inquit: Intelligitur de illis que erāt in campis. Sed magiſter in hiſto. dicit φ de illis q̄ erāt in domibus: q: que in paſcuis poſt grādines perimerūt. Uel forte determinandum nō eſt: q: ſine multo tpis interuallo forte hec facta non ſunt ⁊ potuerunt aliunde habere iterum animantia. Nō enim eſt credendū φ hodie vna plaga ⁊ cras alia percuſſi ſunt: ſed forte per quinquenniū vel amplius vel minus. ¶ Sexta plaga fuit: q: facte ſunt veſice turgētes in hominibus ⁊ iumētis. ¶ Septima plaga fuit: qñ venerunt tonitrua et grādines ⁊ deuaſtauerūt ſm magiſtrū hordeum ⁊ linum: q: erant in ſpica: triticū ⁊ far nō ſunt leſa: vt habet Exo. ix. ¶ Octaua plaga. Uenit locuſta ⁊ deuorauit frumentū. Quia in quolibet menſe kalēdarij duo dies atro colore tanq̄ abominādi ſignati ſunt. Ideo nota ſm magrm φ egypciaci ideo dicunt: q: in his paſſa eſt egypt⁹. Ob qḋ voluit mater eccleſia illos in kalendario poni: vt diuina miracula ſemꝑ nobis exemplo ſint. Mathematici ꝟo dicūt: φ peritiſſimi egyptioꝝ aſtrologi: quaſdā cōſtellationes nociuas humanis actibus in ſingulis mēſibus deprehenderūt: quarum conſtellationum puncta vulgus ꝓpter imperitiam vitare nō poterat. Quapropter cautū eſt vt tota dies obſeruaret ꝓpter horā illius abominabilis lucis: ideſt diei. Sed hoc obſeruari ꝓhibitum eſt. xxvj. q. vij. c. nō obſeruetis. ¶ Nona plaga habetur Exo. x. Facte ſunt tenebre horribiles in oīni terra egypti. Ubi aūt filij iſrael habitabant lux erat. Nico. de ly. Dicuntur horribiles: q: viſione imaginaria videbant multa fantaſmata vt terrerentur. ¶ Decima plaga fuit percuſſio ⁊ mors primogenitoꝝ: quādo Moyſes expletis omnibus que deus iuſſerat: ⁊ acceptis vaſis aureis ⁊ argēteis mutuo ab egyptijs: factum eſt noctis medio pcuſſit dn̄s omne primogenitum in terra egypti: nec erat domus in qua nō iaceret mortuus. Dicit magiſter in hiſto. φ executio iſta facta fuit p manuȝ boni angeli: q̄ apparuerat moyſi in rubo in perſona dei. Aug. tm̄ ſuper illum locū pſ. lxxvij. Immiſſiones p angelos malos. ait: Poſſumus ſine dubitatione malis angelis attribuere mortes pctoꝝ. Nocte igitur illa cōgregato omni populo iudeoruȝ precingere ſe ad iter: ⁊ mane oēs inſimul iter arripuere. In egreſſu ꝟo eoꝝ vt dicit magiſter: facto terremotu multa templa egypti cū ſuis idolis corruerūt. Adhuc aūt factus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt ꝙ nilus preter ſolitū inundans ter-
ram in qua ſepulcruʒ ioſeph erat coope
ruit. Tenebantur aūt iudei ex iuramen
to aſportare oſſa eius. Tunc moyſes ſcri
pſit in lamina aurea nomen dñi tetra-
grāmaton: que iniecta aque ſupernata
uit: vſqꝫ dū veniēs ſtetit ſupra vbi erat
ſepulcrum. Et effodientes ſuſtulerunt
oſſa. Nico. de ly. ſup. xiij. c. Exo. hoc im-
pugnat dicens: Que dicuntur de nilo ⁊
oſſibus Joſeph: videntur eſſe ficticia.
Cum qꝫ gl'oſe hebraice ⁊ Joſephus ta-
lia nō dicunt: lꝫ imponatur eis ab illis
qui libros eorum non viderunt. Cuʒ qꝛ
vna de cauſis quare oſſa ioſeph reman
ſerunt in egypto fuit: vt per eius ſepul
crum memoria beneficiorū eius apud
egyptios diutius remaneret: ⁊ ſic popu
lus iſrael mitius tractaretur. Ideo non
eſt veriſimile ꝙ oſſa eius eēnt poſita in
pratis vel in campis vbi aque poſſent
inundare: ſed in loco valde ſolēni ⁊ cere
bri: vbi aque nō poſſent inundare: maxi
me cum tpe mortis eius eſſet potentiſſi
mus ⁊ regi ⁊ populo predilectus. Uerū
tamen hec ratio infringi pōt de facili:
eo ꝙ nō eſt inconueniens qñqꝫ aquas ⁊
maris ⁊ fluminum preter ſpem ⁊ vltra
ſolitum inundare. Ariſt. j. methaurorū
tractatū vltimo ſm nouam tranſlatio-
nem: ſm ꝯo veterem eſt in. ij. dicit: Non
ſemper aūt eadem loca terre neqꝫ aquo
ſa ſunt neqꝫ arida: ſed ꝑmutanē ſm flu
uioꝝ generationes ⁊ defectus. Propter
qꝺ ⁊ aque circa arida permutantur: et
mare: ⁊ non ſemper hec quidem terra:
hic autē mare perſeuerat omni tpe: ſed
fit mare quidem vbi arida. Ubi aūt nūc
mare: iterum hic terra. Scdm tñ quen
dam ordinem putare oportet hoc fieri ⁊
periodum. Item ſm Ariſto. videtur ꝙ
cauſa iſtarum mutationuʒ ſit motus ce
li cum ſole ⁊ ſtellis: ⁊ planetarum con-
iunctiones. Inuenimus nāqꝫ ꝙ tēpore
Gregorij. ij. vt narrat Ricobaldus ī chro
nica: diluuium rome fuit ꝑpter aquas
tyberis: qui tantū intumuit vt in via la
ta ad hominis ſtaturam ⁊ ſemis fuerit:
durauitqꝫ diebus ſeptē. Letanijs actū
eſt ad deū ⁊ ceſſauit. Iterū anno chriſti
milleſimo ducenteſimotertio: terremo-
tus in creta permaximus mare adeo cō
cuſſit: vt aquas maris impulerit in ci-
uitatem caridiē tanto impetu ꝙ omīa
edificia ruinauit: oēs homines fere occi
dit: mox adeo retroceſſit mare ex portu
vrbis: vt vbi aqua ꝓfunda erat: tūc nul
la videretur: arene fundi maris oculis
hominum patuerunt. Anno ab vrbe cō
dita quingenteſimo: flumen tyberis vl
tra ſolitum intumeſcens rome edificia
in plano poſita deleuit. Sic potuit illa
nili inundatio eſſe ſingularis ita vt ſe-
pulcrum ioſeph cooperuerit. Sed iſta
ad rem non faciunt. Nos tm̄ ea que ſcri
ptura tradidit ꝓſequamur. Egreſſus ḡ
fuit Moyſes cuʒ illa multitudine ⁊ ꝑ-
uenit ad mare rubrum. Pharao autem
ſecutus eſt cum certis curribus ⁊ equi-
tibus quinquaginta milia: ⁊ trecentis
milibus peditibus armatorum. Leuan
tes oculos iudei timuerunt valde: quia
nec fugere poterant nec pugnare eo ꝙ
inermes erāt. Quos cōfortauit moyſes
⁊ de mādato dei tetigit mare: ⁊ aqua di
uiſa eſt: ⁊ ppl's dei ptranſiuit ſicco veſti
gio. Nec hoc diſcredendū dicit ioſeph⁹:
cū Alexādro macedoni ⁊ exercitui eius
Darium inſequenti: mare pamphilicuʒ
diuiſum fuiſſe legitur: deo volente: qui
per eum perſarum regnum deleri vole-
bat. Egyptij ꝯo tranſire tentantes oēs
perierunt: qm̄ aque que velut muri fue
rant diuiſe ex miraculo dei: iterū vnitē
ſunt ⁊ coniuncte. Sicqꝫ turpiter Pha-
rao ⁊ om̄es ſui exercitus in mari rubro
perierunt. Dicit autem Paulus Oroſi-
us libro primo ſic: ꝙ extant nūc certiſ-
ſima horum monumenta geſtorum.
Nam tractus curruum: rotarumqꝫ ſi-
gna orbice: non ſolum iñ littore: ſed eti
am in profundo quouſqꝫ viſus admit-
titur peruidentur: ⁊ ſi forte ad tempus
vel caſu vel curioſitate turbantur cōti-
nuo diuinitus in priſtinam faciē ventis
fluctibuſqꝫ reparanē, hec ille. Timēdus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ergo ab omnibus eſt deꝰ: qui etiã creaturas ſuas armat ad vltionem inimicorum ſuorum qui ſit ſemꝑ bñdictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ De iudicio dei contra iudaicum populum ingratum de deo murmurantẽ.

Sermo. xi.

NIſi fuiſſẽt peccata grandia populi iudaici: nõ tam frequenter piꝰ ⁊ miſericors deꝰ ĩ deſerto duris caſtigationibus illum viſitaſſet. Elegit nãqꝫ iudeorum gentẽ pre ceteris nationibus mũdi: et tamen quanto plura illis collata ſunt dona ⁊ bñficia: tãto crebriꝰ ad iracundiã deũ ſuis ſceleribꝰ cõcitauerũt. Idcirco in hoc ſermone de iudicio dei cõtra iudeos criminoſos in deſerto dicemus. De quibꝰ tria myſteria propoſuimus declaranda.

Primum dr̃ beneficioꝝ largitio.
Scd̃m multoꝝ pctõꝝ cõmiſſio.
Tertiũ diuerſarũ penarũ incuſſio.

¶ De ſeptẽ ampliſſimis bñficijs q̃ largitus eſt deus populo iudeoꝝ. Cap. i.

DIgnatus eſt deꝰ clementiſſimus ampliſſima beneficia elargiri populo iudeorum: poſtq̃ illum liberauerat de ſeruitute egyptiaca. Ob qđ gentiles conuerſi ad fidem dicebant iudeis baptizatis: vt refertur in prologo in epl'am ad Romanos. Quanto maiora erga vos dei bñficia narraueritis: tanto maioris vos criminis reos eſſe monſtrabitis. Ut ergo de beneficijs populo iudaico exhibitis plenam noticiã habeamꝰ: in hoc myſterio ſeptẽ beneficia erũt enumeranda atqꝫ diſſerenda.

Primũ dr̃ aquaꝝ dulcoratio.
Secundum celeſtis cibatio.
Tertium viarum directio.
Quartũ aque de petra eductio.
Quintũ inimicoꝝ expugnatio.
Sextum legis illuſtratio.
Septimum miraculorum frequens coruſcatio.

¶ De dulcoratiõe aq̃ fluminis marath.

PRimum bñficiũ quod largitus eſt deus populo iudeorũ fuit aquarũ dulcoratio. Ut enim ſcribitur Exo. xv. poſt tranſitum maris rubri: egreſſi ſunt in deſertum ſur: ambulaueruntqꝫ tribus diebus per ſolitudinẽ et non inueniebant aquã: et venerunt in marath nec poterant bibere aquas de marath: eo ꝙ amare eſſent. Et hoc dicit Amb. de conſe. di. ij. c. Reuera. Marath fluuius amariſſimus erat: ita vt ſitiẽs populus bibere non poſſet. Secũdũ Nico. de lyra ſuꝑ hoc paſſu Exo. xv. quod dr̃: Venerunt in marath. fit ꝑ anticipationẽ: q: locus ille adhuc non vocabatur marath: ſed ſi vocatus eſt a filijs iſrael ꝓpter amaritudinem aque ſꝫm ꝙ ſubditur in textu. Uñ congruũ nomen loco impoſuit: ſcꝫ populꝰ iſrael. Magiſter in hiſtoria addit: Non ſolũ dicebatur marath pro amaritudine aq̃ ſed etiã pro amaritudine animi. Amarior quidẽ eſt qui ſitit: qui non inuenit potum: q̃ ſi inuentũ guſtare nõ poſſit. Recitat ſꝫm hoc ꝓpoſitum Plutarchꝰ in vita marci antonij ꝙ dũ marcus antonius contra indos ⁊ parthos bellum gereret: vexatus ab eis per iuga montiũ cũ exercitu fugiebat. Edebant nãqꝫ romani multis diebꝰ radices ⁊ herbas incognitas et cruciabantur a ſiti: q: in montibus per quos ibãt non erãt aq̃ ⁊ parthi tenebant planicies. Venerũt tandem ad flumen cuius aqua erat gelida ⁊ clara: ſed quia erat ſalſa faciebat viſcera doloroſa. Ob quod flebant oẽs velut conſpicerẽt paratã mortẽ. Quare marcus antoniꝰ coegit quendã familiarem ſuũ vt qñcũqꝫ iuberet ſibi caput abſcinderet: vt neqꝫ viuꝰ poſſet ab hoſte ledi: neqꝫ cognoſci mortuꝰ. Ab his tñ periculis tandem euaſit. Sic ergo populus iudeoꝝ querelis ⁊ lamentationibꝰ replebat. Clamauit ad dñm moyſes, et oſtendit ei lignũ: qđ cũ poſuiſſet

in aqua mox aque dulcorate ſunt et facte potabiles. Sed ego puto maiꝰ nobis xpianis beneficiū conceſſum qn̄ in aquis xp̄s baptizari voluit: inſinuans baptiſmū in aqua fore fiendū. Judei nāqꝫ in aquis marath dulcoratis refocillarūt corpora: nos ī aquis baptiſmi recreamus animas: ⁊ ſpiritualiū donorū vbertate illas replemus. De effectibus aūt baptiſmi dixi ī quadrageſimali de pnīa in ſermone de baptiſmo.

¶ De coturnicibus ⁊ manna.

SEcundū beneficiū qḋ largitus eſt deꝰ pplo iudeoꝝ: fuit celeſtis cibatio. Scribitur nāqꝫ Exo. xvj. ꝙ trigeſimo die ab exitu eorū de egypto defecerunt eis victualia. Cūqꝫ oraſſet moyſes ad dn̄m veſpe aſcēdēs coturnix de ſinu arabico: vbi ꝓcipue nutrit̄ ſm magiſtrū in hiſtoria: operuit caſtra ⁊ ad libitū ppl̄i capiebat̄. Nicol. de lyra inquit: Coturnix eſt auis pinguis ⁊ ſapida. Et ſumit̄ ſingulare ꝓ plurali. i. multitudo coturnicū. Mane v̄o cū oraret moyſes: deſcendit manna. Et vt ſcribit̄ Nume. xj. Erat māna quaſi ſemē coriādri: coloris bdellij: q̄ eſt ſic̄ cryſtallꝰ ſm Nico. de lyra. Circūibatqꝫ ppl̄s: ⁊ colligēs illud frāgebat mola ſiue terebat in mortario coquēs in olla: ⁊ faciēs ex eo tortulas. Et vt habet̄ Exo. xvj. Erat guſtus eiꝰ quaſi ſimile cū melle. Ubi dicit Nico. de lyra. Simila eſt farina tritici delicatiſſima. Sapor igit̄ illiꝰ māne erat q̄ſi ſapor panis facti de ſimila cum cōmixtiōe mellis. Scḋm aūt Nico. de lyra. de iſta manna fuerūt octo mandata. ¶ Primū vt mane colligerent. Hora enī colligēdi erat poſt ortū ſolis: eleuato rore qui erat ſup manna ꝑ vapores. Erat quidē deſup manna ros congelatus: qui reſoluebat̄ oriēte ſole. Quare manna colligi poterat vſqꝫ ad horam tertiā ⁊ tūc incipiebat liquefieri ad modū prime. Ad ignē v̄o indurabat̄ ⁊ formabantur inde panes. ¶ Scḋm mādatum fuit vt colligerēt ad ſufficientiam: ⁊ non plus. ¶ Tertiū vt comederēt menſurā gomor. Sed dubiū hic oritur: q2 non eſt idē per ſingula capita medium omnibꝰ: ſicut ḋr. ij. ethicoꝝ: ꝙ non idē eſt mediū miloni: de quo ḋr ꝙ comedebat in die bouē integrū qui erat ſufficiens pluribus hoibus. Ideo cibus cōueniēs vni: alteri plus indigēti eſt deficiēs: et minꝰ indigēti eſt ſupabūdās. Reſpondet Nico. de lyra ꝙ iſte cibꝰ dabatur diuino miraculo: ita eodem modo fiebat vt plurimū īdigēti ſufficeret: ⁊ a minꝰ indigēte cōſumi abſqꝫ ſuꝑfluitate valeret. Dicit autē ioſephus ꝙ ex diuina ꝓuidentia factū fuit hoc ne ex cupiditate et guloſitate illi qui fortiores erant plus debito vellent colligere: ⁊ ſic debiliores debito alimēto priuarētur: ⁊ in ppl̄o ſeditio orirer̄. ¶ Quartū mandatū fuit: vt nō relinquerent vſqꝫ mane. Et dimiſerūt quidā. ſ. dathan ⁊ abiron vt dicunt hebrei: ⁊ ſcatere cepit vermibꝰ ⁊ cōputreſcere. Hoc v̄o nō contigit ex natura manne: q2 ſeruari poterat. Sed erat ex voluntate dei: ne aliq̄ ex cupiditate ⁊ guloſitate plus debito vellent colligere ad ſeruādū quod eſſet occaſio malorū. ¶ Quintū ꝓceptū fuit: vt die ſexta colligerēt duplū. ¶ Sextū vt reſeruarent vnū gomor ꝓ ſabbato. ¶ Septimū vt illud comederent in die ſabbati. ¶ Octauū vt impleretur vas continēs gomor ad reſeruādū in futuras generatiōes. De iſto māna dicitur Sap. xvj. Panē de celo p̄ſtitiſti illis ſine labore: oē delectamentū in ſe habentē: ⁊ oīs ſaporis ſuauitatē. Nico. de lyra ait: Hoc intelligit̄ nō ex natura manne: ſed ex merito ſanctorū hominū qui eū comedebāt quibꝰ ſapiebat ſicut deſiderabant. Malis enim hominibus ex eoꝝ demerito deſipiebat. Un̄ Numeri xj. c. dicebant: Nihil vident oculi noſtri niſi manna. Anima noſtra nauſeat ſup cibo iſto leuiſſimo. Et dicebatur panis de celo: quia generabat̄ in celo aereo: ⁊ panis angeloꝝ: quia in deſcēſu manne cooperabantur angeli: nō ꝙ angeli

ipſo veſcerentur: q2 ipſi nō indigēt cibo
corpali. Hoc cibo aliti ſunt filij iſrael
quadraginta annis donec venirent in
terrā hitabilē.ſ. in terrā Chanaā: q̄ fue
rat eis ꝓmiſſa. Et vt dicit Nicol. de ly-
ra. nō ſtatim defecit māna cū intraue-
rūt illā: q2 trāſito iordane fecere circū-
ciſionē in galgalis: ⁊ poſtea celebraue-
rūt paſcha: ⁊ ī craſtino paſche ceſſauit
manna. vt habet Joſue.v.c. Satis tñ
cito poſt īgreſſuꝫ terre Chanaā defecit
Miranda profecto ſunt omnia que de
iſto cibo dicta ſunt. Et vt dicit Ambro.
lib. de ſacramentis: reuera mirabile eſt
fratres: ꝙ manna plueret dñs patrib9
in deſerto: qui quotidiano celi paſcebā
tur alimento. Uerūtñ his oib9 mai9 eſt:
qđ nobis xpianis exhibet: verū ſciliceꝫ
corpus chriſti in ſacramento altaris.

¶ De mirabili ducatu populi iudaici.

TErtium beneficiū quod lar-
gitus eſt deus populo iudeo
rū: fuit viaꝝ directio. Ut em̄
habetur Exo.xiij. Angel9 dñi
precedebat caſtra iſrl: ⁊ cū eo pariter co
lumna nubis. Et Numeri.ix. dicitur: ꝙ
die qua erectū eſt tabernaculū: operuit
illud nubes. A veſpere autē ſuper ten-
toriū erat quaſi ſpecies ignis vſqꝫ ma-
ne. Sic fiebat iugiter per diem operie-
bat illum nubes ⁊ per noctem quaſi ſpe
cies ignis. Cūqꝫ ablata fuiſſet nubes q̄
tabernaculum protegebat tunc profici
ſcebantur filij iſrael: ⁊ in loco vbi ſtetiſ-
ſet nubes: ibi caſtrametabant. Ad im-
perium dñi proficiſcebantur: et ad im-
perium illius figebant tabernaculum.
Cunctis diebus quibus ſtabat nubes:
tabernaculuꝫ manebat in eodem loco.
Dicit Nicolaus de lyra: ꝙ nubes moue
batur angelico preſidio vel miniſterio.
Sed maius beneficium nobis chriſtia
nis cōceſſum eſt quibus via ſummi bo-
ni verbo et exemplo a chriſto eſt mani-
feſtata. Nam cum philoſophi plurimū
deſudaſſent querentes noſcere in quo
ſummū bonuꝫ conſiſteret: euanuerunt
in cogitationibus ſuis. Et Uarro vt re-
fert Auguſtinus in lib. de ciui. dei.c.ſ.
dicit ducentas octogintaocto opinio-
nes falſas de btitudine philoſophos
ipſos habuiſſe. O vere ſecula aurea: xpi
preſentia illuſtrata. O felicia tempora
noſtra in quibus omnes qui volunt ſci
re poſſunt: ꝙ perfecta beatitudo conſi
ſtit in deo. Hinc Lactā. lib. vij. diuina-
rum inſtitutionum ait: Pater enim no
ſter et dñs: qui condidit firmauitqꝫ ce-
lum: qui libratā magnitudine ſua ter-
ram vallauit montibus: mariqꝫ diſtin-
xit: et quicquid eſt in hoc opere mundi
conflauit ⁊ perfecit ē nihilo: perſpectis
erroribus hominum ducem miſit: qui
nobis viam iuſticie panderet. Hunc ſe-
quamur omnes: hunc audiamus: huic
deuotiſſime pareamus: quoniaꝫ ſolus
vt ait Lucretius. Ueridicis hominum
purgauit pectora dictis. Et finem ſta-
tuit torpedinis atqꝫ timoris. Oſten-
ditqꝫ bonum ſummum quo tendimus
omnes: Quid foret atqꝫ viam moſtra-
uit limite paruo. Nec tñ oſtendit ſed
etiā preceſſit: ne quis difficultatis gra
tia iter virtutis horreret.

¶ De fluxu aq̄ de petra cōtra naturā.

QUartum beneficiuꝫ fuit aq̄
de petra eductio. Ut enim
habetur Exo.xvij. dum ve-
niſſent raphidi defeciſſetqꝫ
aqua dixit Moyſes ad do-
minū. Adhuc puſilluꝫ ⁊ lapidabūt me.
Inqt Nico. de lyra: ꝙ hoc dicebat moy
ſes ductus timore naturali: qui cadit
in perfectum virum. Et magis dicebat
timore populi: ne eo interfecto a dño
recederet per idolatriaꝫ. Et ait dñs ad
Moyſen. Sume de ſenioribus iſrael.
Nicol. de lyra.ſ. vt ſint teſtes ꝙ antea
ibi non fuerunt fontes vel aque: ac etiā
vt per hoc appareat dei miraculum.
Subditqꝫ de9. Et vade ad petrā oreb:
percutieſqꝫ virga. Magiſter in hiſto.
Oreb ſic dicta propter oreb qui occiſus
eſt in ea: factūqꝫ eſt ita. Et egreſſe ſunt
aque: ⁊ bibit populus. Sed his oibus
amplius eſt quod nos accepimus: non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ytiq; aquam de petra: ſed ſanguinem precioſiſſimum de corpore ieſu chriſti. Vñ Petrus.j.epl'a.c.j.dicebat: Nõ corruptibilib⁹ auro vel argento redempti eſtis: ſed precioſo ſanguine agni incontaminati ⁊ immaculati chriſti.

¶ De inimicoꝝ expugnatione.

Quintū beneficiū fuit inimicoꝝ expugnatio ⁊ debellatio. Dicitur nãq; Exo.xvij. Venit aūt Amalech: vt pugnaret aduerſus iſrael in raphidim. Notandū hic ſm Nico.de lyra: ꝙ q̄dã gloſa ſuper iſtū locū dicit ꝙ amalech fuit fili⁹ hiſmaelis a quo dicti ſunt amalechite: qui ⁊ hiſmaelite. Ipſi ſunt ſaraceni. Quod aūt.j. Paral.j.c.dr ꝙ Eliphaz ṗmogenit⁹ Eſau genuit Amalech: dicunt ſequẽtes dictam gloſam ꝙ fuit alius: et ſunt duo eiuſdē nominis. Sz hoc dictū de ſacra ſcriptura nõ habet autoritatē: imo ɔ̄trarietatē quia Geñ.xxvj.⁊.j.Paral.j.c.dr expreſſe ꝙ Amalech fuit fili⁹ Eliphaz: ṗmogeniti Eſau nec legitur alius Amalech. Inſup Joſephus in.ij.antiquitatū libro dicit ꝙ ab Amalech filio Eliphaz: dicti ſunt amalechite. Hoc etiam colligitur ex.ij. Reg.j.c.vbi dr ꝙ filius Doech idumei venit ad Dauid nuncians mortē Saulis. Licz eñ non exprimatur ibi ꝙ fuerit filius Doech: tñ oēs expoſitores concorditer hoc dicunt. Et cū interrogaretur a Dauid: quis eſſet ait: Filius hoīs aduene amalechite ego ſum. Ex quo videtur ꝙ amalechite ſunt idumei. Et ſic nõ deſcēderūt ab hiſmaele: ſz ab Eſau. Quare aūt iſti amalechite inſurrexere aduerſus iudeos: dicit Nico.de lyra ſuper.xv.c.Exodi ꝙ ipſi ⁊ populi q̄ erant eis confederati: audientes ꝙ filij iſrael tranſierant mare rubrū: ⁊ eſſent in deſerto eis propinquo irati ſunt: timētes ne inuaderent terram eoꝝ: ⁊ ideo anteq̄ eſſent magis fortificati: voluere eos delere: ⁊ aſcendere ad pugnandum cuz ipſis. Super.xvij.c.Exod.aliã cauſam aſſignat Nico.de lyra. ex parte populi iſrael. Ad hoc enim permiſit deus bellū illud inſurgere: vt ex victoria ſequẽti eſſent audaciores decetero ɔ̄tra aduerſarios inſurgẽtes: et de ſpolijs amalech eſſent muniti armis et alijs neceſſarijs: que fugientes dimiſere. Elegit aūt Moyſes Joſue: de tribu Effraim: virum bellicoſum: cui et paucos tradidit armatos: ſm magiſtrum in hiſtoria: plurimos ad cuſtodiam caſtrorum retinuit. Ipſe autem aſcendit in montem habens virgam dei in manu: vt ex hoc victoria deo aſcriberetur. Aſcendereq; cum Aaron et Ur: qui Ur ſm Joſephum fuit maritus Marie. Cūq; leuaret Moyſes manus vincebat iſrael. Ubi apparet orationis efficacia. Sin autem et paululuz remiſiſſet: vincebat Amalech. Quo comperto Ur et Aaron ſuppoſuerunt ei lapidem: et ex vtraq; parte manus eius ſuſtentabant. Erant enim graues pro labore orandi. In cuius rei figura ſm magiſtrum in hiſtoria: ſacerdos eleuat manus in miſſa: et etiam in figura chriſti orantis in cruce Nec remiſit moyſes manus vſq; ad ſolis occaſuz. Fugauitq; Joſue amalech in ore gladij. Nobis vō chriſtianis glorioſior eſt victoria: qui per chriſtum demones ſuperamus. Naz vt diximus in ſermone de bello demonum: priuſq̄ chriſtus moreretur in cruce omnes iuſti trahebantur ad limbum. At ex poſt penitenti latroni patefactus eſt paradiſus.

¶ De lege quam dedit Moyſi deus.

Sextum beneficiū qd largit⁹ eſt deus populo iudeoꝝ dicit legis illuſtratio. Ut eñ habetur Exodi.xxxij.in mõte ſynai Moyſes legem accepit a deo ſibi dataz. Qui reuerſus eſt de monte: portans duas tabulas teſtimonij manu ſcriptas ex vtraq; parte: et factas opere domini. Dicit Rabbi Salomon: ꝙ vnica ſcriptura erat ibi: que tamen erat legibilis indifferenter ex vna parte: ſicut ex altera:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qḋ erat valde mirabile: q: littera ex vna
parte figurata ordine recto in pte oppo
ſita apparet eius figura modo oppoſi-
to. Uel poteſt dici abſqȝ tali miraculo:
ꝙ littere erant duplices: ita ꝙ precepta
erāt ſculpta ex vna parte: ⁊ ſimiliter ex
altera. Has tabulas fregit Moyſes: vt
dicetur in tertio myſterio ꝓpter pecca-
tum populi: reputās populū indignuȝ:
vt dicit Nico. de lyra. accipere legem di
gito dei ſcriptam. Hec autē fractio ta-
bularum ſignum fuit euacuationis le-
galium in aduentu xp̄i. Tandē vt dicit
Exod. xxxiiij. Aſcēdit Moyſes montem
de mādato dei: tulitqȝ ſecū duas tabu-
las lapideas: inſtar prioꝝ. i. ſimiles alijs
prius factis in materia et in quātitate.
Dicit Nico. de lyra ꝙ de quo lapide fue
rint nō habet ex textu. Rabbi tn̄ Salo-
mō tenet ꝙ fuerint de lapide ſapphyri
co. Inquit enim ꝙ deus oſtēdit Moyſi
vnā maſſam talis lapidis formatam de
nouo diuina virtute. de qua Moyſes
dolauit duas tabulas: ⁊ dolature ſuper-
flue fuerūt ſue: ⁊ inde ditatus fuit mul
tū. Sed hoc tacet Joſephus: qui prior
fuit Rabbi Salomone. Fuit ergo moy
ſes in monte cuȝ dn̄o quadraginta die-
bus ⁊ quadraginta noctibꝰ: nihil com-
edēs aut bibēs. Cūqȝ deſcēdiſſet de mō
te cū tabulis apparuit facies eiꝰ cornu-
ta: et ipſe ignorabat. Dicit magiſter in
hiſtoria ꝙ erāt quidā radij miri ſplēdo
ris ꝓcedētes in altū ad modū cornuum
quos apl̄s vocat gloriā vultus Moyſi.
ij. ad Coꝝ. iij. c. Unde in hebreo habet:
Et non cognouit ꝙ cornuta eſſet lux fa
ciei ſue. ¶ Hic queritur quare Moyſes
nō habuit ante hāc gloriā: cum locutus
fuiſſet cū dn̄o diu in monte? Et reſpon-
det Nico. de lyra ꝙ aliqui dicūt ꝙ non
habuit ante ita limpidā cognitionē de
deo ſicut poſt: ad qḋ denotandū appa-
ruerūt tales radij. Alij dicunt ꝙ hoc fa
ctum eſt vt populus qui per idolatriaȝ
peccauerat magis eum timeret: ⁊ habe
ret in reuerētia. Rabbi ſalomō dicit ꝙ
fuit ex hoc ꝙ dn̄s poſuit manū ſuā ſup
faciē eius. Quare Moyſes poſuit vela-
men ſup faciē ſuā: cum loqueretur filijs
iſrael: ⁊ locutus eſt eis oīa que ſibi fue-
rūt imperata. Concludit magiſter in hi
ſtoria. Quantū hec gloria durauerit: et
vtrum ſemel vel pluries hoc accident
ignoramus. Sed xp̄ianis lux amplior
effuſa eſt quibꝰ euangeliū effulſit.

¶ De miraculis ⁊ ſignis multiplicibus.

Eptimū beneficiū qḋ deus
donauit populo iudeorum:
fuit miraculorum frequens
coruſcatio. Nā preter ea que
diximus multa ſigna et mi-
racula de ipſis fuerūt oſtēſa. Miraculū
certe fuit ꝙ Maria ſoror Aaron mur-
murās cōtra Moyſen: ſtatim fuit lepra
percuſſa: ⁊ tandē Moyſi oratione ſana
ta: vt habet Numeri. xij. c. Miraculum
fuit ꝙ aperta eſt terra: ⁊ deglutiuit Da
than ⁊ Abiron. Numeri. xvj. c. Miracu-
lū cū floruit vga Aarō Numeri. xvij. c.
Et ne ſingula cōmemorent: quadragin
ta annis fuit ille populus in deſerto nō
comedēs panē: nec bibens vinū: nec ve-
tuſtate attrita ſunt veſtimēta eius: aut
calciamēta cōſumpta: vt hr̄ Deut. xxix.
c. Sed xp̄ianis maiora ſigna poſt xp̄i
aduētū mōſtrata ſunt: qnimmo ꝯtinue
in eccleſia ſancta miracula fiūt. Quis nā
nō admiret ex aridis oſſibꝰ Nicolai ſan
ctiſſimi apud Barū: ⁊ Matthei euāgeli
ſte apud Salernum: ⁊ Andree apoſtoli
apud malfiam ſcaturire manna? Quid
dicā de ſanguine glorioſi martyris Ia-
nuarij? Cōſeruat quippe Neapoli in va
ſe vitreo aut cryſtallino: eſtqȝ ſemp ſtri-
ctus ⁊ congelatus. At dū caput prefati
ſancti deprope ponit ſanguis ille ebul-
liens: tandē cūctis vidētibus liqueſcit:
⁊ capite amoto rurſus induratur: ⁊ cō-
gelatus non mouetur amplius. O pie-
tas dei benedicti: qui ſic humano gene-
ri per tot innumera miracula virtutem
potētie dignatus eſt demōſtrare.

¶ De multis miraculis quibꝰ populus
in deſerto tētauit et ad iram concitauit
deum excelſum. Capitu. ij.

In tanto cumulo beneficioꝝ nō cuſtodierūt iudei teſtamē tum dñi: ⁊ in lege eiꝰ noluerunt ambulare ⁊ obliti ſunt beneficioꝝ eius: ⁊ mirabiliū eius que oſtēdit eis. Tentauerūt quidez deū excelſum: varijſqꝫ peccatis maieſtatem eius offendere. Jcc irco in hoc. ij. c. de offenſionibꝰ iudeoꝝ in deſerto dicemus: quas reducemus ad ſeptē,

Prima dr̄ murmurationis.
Secūda inobedientie.
Tertia ingratitudinis,
Quarta idolatrie,
Quinta gule.
Sexta deſperationis.
Septima fornicationis.

¶ De ſeptem peccatis populi: et primo qualiter murmurauerunt iudei contra deum ⁊ Moyſen.

Prima offenſio et peccatū iudeorū in deſerto dr̄ murmurationis. Nā cōtra Moyſen murmurauerūt qñ venerūt ad flumē marath: vt dr̄ Exodi. xv. Itez qñ dicebāt? Utinam mortui eſſemus per manus dñi in terra egypti: id eſt per plagā ab eo immiſſam: cū primogenitis egyptioꝝ qñ ſedebamus ſuper ollas carniū: ⁊ comedebamus panē in ſaturitate. Cur eduxiſti nos in deſertū iſtud: vt occideres oēm hāc multitudinē fame. Exo. xvj. c. Et qñ venerunt in raphidim: vbi nō erat aqua: iurgati ſunt cōtra Moyſen. Quibꝰ ipſe dixit: Quid iurgamini cōtra me ⁊ tētatis dominum? Exo. xvij. c. Sed hic poſſet aliquis querere? Quare deꝰ eduxit eos per talē viā: vt patienẗ defectū cibi ⁊ potꝰ. Et rñdet Nico. de ly. ꝙ hoc fuit vt ex frequēti neceſſitate oporteret eos recurrere ad dñm: ⁊ ſic ſub timore dñi retinerētur: per hoc etiā bonoꝝ patientia ⁊ maloꝝ impatiētia declararetur.

¶ De inobediētia populi.

Secūda offenſio fuit inobediētia. Qꝛ multi collegerūt plus de māna ꝙ fuerat ordinatū ⁊ reſeruauerūt ī diē alterū: vt dr̄ Exo. xvj.

¶ De ingratitudine populi.

Tertia offenſio ingratitudo appellatur. In tot nāqꝫ beneficijs male locuti ſunt de deo. Dicitur nanqꝫ Numeri xiiij. ꝙ voluerūt ſibi preficere ducez vt reduceret eos in egyptum. Quare dixit deꝰ moyſi. Uſqꝫquo detrahet mihi populus iſte? Quouſqꝫ nō credēt mihi in oībus ſignis que feci coram eis? Et infra cōminatus eſt dicēs: Nullus eorum qui viderūt ſigna que feci in egypto: numeratis. ſ. a viginti annis et ſupra: videbit terrā pro qua iuraui patribus eorum preter caleph ⁊ ioſue.

¶ De idolatria populi.

Quarta offenſio idolatria fuit Ut enī ſcribitur Exo. xxxij. Uidēs populus ꝙ Moyſes morā faceret dū eſſet in monte corā dño: dixit ad Aaron. Fac nobis deos. Rabbi ſalomon dicit: ꝙ iſti fuerunt egyptij cōuerſi ad iudaiſmū q̄ aſcēderūt cū iudeis de egypto. Et iſti q̄ erāt nutriti in idolatria incitauerūt magnā partē de filijs iſrael: vnde ſubiūgebāt. Moyſi enī ignoramus quid acciderit. Scdm̄ ioſephū ⁊ magiſtrum in hiſtoria alij dicebant eū a beſtijs comeſtū: alij a dño trāſlatū: alij ſane mētis cū dño philoſophantē. Ut vō ſequitur in hiſtoria. Aaron et Ur reſtiterūt. Sed indignatꝰ populus ſpuēs in faciem Ur ſputis vt tradit eū ſuffocauit. Unde timens aaron ait: Tollite in aures vxorū et liberoꝝ et afferte ad me. Dicit magiſter in hiſtoria ꝙ hoc erat qđ precioſius ⁊ carius habebāt: putās ꝙ cōſulētes auaricie ſue nollēt afferre. Fecit tñ populus qđ dixerat auidus ad idolatrādū. Formauit itaqꝫ ope fuſorio vitulū cōflatilē: qꝛ in egypto bouem adorauerūt. Nāqꝫ vt dicit magiſter in hiſtoria in principio Exo. j. c. de ſubmerſione paruuloꝝ: erat apis deus egyptioꝝ: vt Plinius dicit: qui ⁊ teſtatē ſe eū vidiſſe. Quidā taurus q̄ ex improuiſo egrediebatur de flumine: habēs in

humero dextero ſignũ cãdidũ inſtar lu-
ne corniculate: atq̃ cũ ſtatim cõfluerẽt
egyptij omni genere muſicoꝝ pſallentes
leuabãt in aera: et ſup eos tãq̃ pſallẽs
ferebãt ⁊ ad motũ vel ſtationem ipſius
in terra mouebãtur ⁊ ſtabãt: ⁊ eodẽ die
euaneſcebãt. Que oĩa demonũ artificio
complebãtur: vt docet Aug. lib. xviij. de
ciui. dei. c. v. Formato itaq̃ vitulo di-
xit populus. Hi ſunt dij tui iſrael qui te
eduxerũt de terra egypti. Fecitq̃ aaron
altare corã eo: ⁊ in craſtinũ induxit ſolẽ-
nitatẽ. Maneq̃ ſurgẽtes obtulerũt ho
ſtias: ſeditq̃ populus manducare ⁊ bi-
bere: ⁊ ſurrexerũt ludere: ideſt adorare.
¶ Hic queritur quare aaron edificauit
altare? Et dicit Nico. de lyra ſm Rabbi
ſalomonẽ ꝙ ad retardandam immola-
tionẽ: qꝛ aut ſtatim populus immolaſ-
ſet ſine altari: aut in momẽto altare cõ-
ſtruxiſſet. Ideo ſubdit aaron. Cras ſo-
lẽnitas dñi eſt. Non dixit hodie: ſi forte
interim veniret moyſes et impediret.
Tũc dixit dñs ad moyſen. Deſcẽde pec-
cauit populus tuus. Quaſi dicat: non
meus propter idolatriã. Uel ex eo quia
erat moyſes illi populo manſuetus: vt
ptz. xlv. diſ. c. diſciplina. ⁊. xxiij. q. iiij. c.
quid crudele. Subiũxit deus. Cerno ꝙ
populus iſte dure ceruicis ſit. Dimitte
me vt iraſcãt furor meus. Dixit autem
moyſes. Queſo dñe quieſcat ira tua: et
eſto placabilis ſup nequicia populi tui:
ne dicant egyptij. Callide eduxit eos vt
interficeret in mõtibus: quaſi impotẽs
dare terraz quã promiſerat. Recordare
abraã. quaſi dicat. Si populus iſte me-
ruit mori per incendiũ: ecce abraã pater
eoꝝ propter amorẽ tuũ piectus fuit in
ignem chaldeorum. Sequitur textus: ⁊
yſaac: ac ſi dicat: Si populus meretur
mori per gladiũ: ecce yſaac paratus fuit
pro te immolari. Et additur: ⁊ iacob. i.
ſi meruerit puniri populus exilio: ecce
iſrael tanq̃ exul fuit in meſopotamia
obediẽs patri ſuo ⁊ tibi: quibus iuraſti
per temetipſum qui es immutabilis de
dãda terra chananeoꝝ ſemini coꝝ. Pla
catuſq̃ eſt dñs: ⁊ moyſes deſcẽdit.

¶ De gula populi.

Quinta offenſio fuit gula: qñ
ardẽter dicebant vt ponitur
Numeri. xi. Recordamur pi-
ſciũ quos comedebamus in
egypto gratis. i. pro paruo
precio. In mentẽ nobis veniũt cucume-
res: pepones: porri: cepe: ⁊ allia.

¶ De deſperatione populi.

Sexta offenſio fuit deſpera-
tio: qñ vt ponitur Numeri
xiiij. oĩs turba fleuit di. Uti-
nã mortui eſſem⁹ i egypto: ⁊
nõ in hac vaſta ſolitudine.

¶ De fornicatione populi.

Septima offenſio fuit fornica
tio. Scribitur nanq̃ Nume
ri. xxv. ꝙ fornicatus eſt po-
pulus cum filiabus Moab:
que vocauere eos ad ſacrifi-
cia ſua. Dicit hic Nicolaus de lyra: ꝙ
Balaam ſciens filios iſrael eſſe pronos
ad luxuriam: dedit cõſilium Balach re-
gi moabitarũ: vt mitteret puellas pul-
chras et ornatas per exercitum eoꝝ: et
ꝙ iuuenes venientes ad ſe verbis alli-
cerent: ⁊ cum viderẽt eos inflammatos
ad actum carnis: non permitterẽt ſe ab
eis cognoſci niſi prius comederent de
idolothitis: et idola adorarent que ſecũ
portauerant: vt ſic deus offenderetur: ⁊
populus iſrael ab eo percuteretur: ⁊ da-
retur in manus hoſtium. Dicit etiã Jo-
ſephus: ꝙ aliqui nobiles de iſrael acce-
perunt ſibi vxores de illis. Et licꝫ non
ſit ſcriptuz in iſto. c. xxv. ꝙ Balaam de-
dit tale conſilium: tamen habetur Exo-
di. xxxi. c. vbi dicitur: Nõne iſte ſunt que
deceperunt filios iſrael ad ſuggeſtio-
nem Balaam. Et Apocali. ij. c. dicitur:
Habeo aduerſus te pauca: quoniam ha-
bes hic tenentes doctrinam Balaam:
qui docuit Balach mittere ſcandala co-
ram filijs iſrael edere de ſacrificijs ido-
lorum et fornicari.

¶ De ſeptẽ plagis quibus populus pu
nitus fuit. Capm. iij

POſt ſceleribus iudeoꝝ ad iracundiam concitatus dn̄s: flagella multiplicia contra eos miſit. Et q̄uis dictū ſit paulo ante in fine quarte offenſiōis: ꝙ dn̄s fuit placatus: illud tn̄ intelligit̄ ſꝫm Nico. de lyra: ꝙ deus non ſimul nec ſubito populum idolatram et durum puniuit. Idcirco aduertendum eſt in hoc myſterio ꝙ ſeptem famoſis plagis populus ille percuſſus eſt.

¶ Prima plaga fuit poſt adorationem vituli: de qua dicit̄ Exod. xxxij. c. in fine. Percuſſit dn̄s populū pro reatu vituli. Nā poſtq̄ Moyſes deſcēdit de monte: ⁊ vidit vitulū ⁊ choros: redegit in puluerē vitulū: quē ſparſit in aquis; et dedit ex eo potū filijs iſrael. Rabbi Salomō dicit: ꝙ iſte aque potate erāt nociue culpabilib⁹: cauſando in eis inflationez et languorē per quē poterāt ab alijs diſcerni: alijs aūt erant dulces ⁊ vtiles: ſicut aque in ſacrificio zelotipie oſtendebāt per effectū culpā mulieris vel eius innocentiaz vt habet̄ Numeri. v. c. Alij aūt doctores dicūt ꝙ color auri remanſit circa ora eorū qui erāt culpabiles ita ꝙ barbe eoꝝ videbantur auree: et ſic ab alijs diſtinguebantur. Quare filij Leui obediētes Moyſi zelo dei interfecerūt ex trāſgreſſoribus viginti tria milia. Facto ſcḋo die altero Moyſes orauit pro populo dicens Exodi. xxxij. Peccauit dn̄e populus tuus iſte. Aut dimitte eis noxam hāc: aut ſi nō facis dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. Dicit Rabbi Salomon: ꝙ iſte liber intelligitur lex: que denominatur a Moyſe eo ꝙ fuit eius miniſter. Eſt ergo ſenſus ſꝫm eum. Dele me de libro: vt ſcilꝫ lex non denominetur nomine meo: niſi populus iſte tibi reconcilietur. Augu. ſcḋo exponit dicens: ꝙ Moyſes ſic dixit ex confidentia et familiaritate diuina: vt ſit ſenſus. Sicut certus ſum ꝙ non delebis me de libro tuo: ita peto vt certifices me vt remittas noxā iſti populo.

¶ Pǫigne qui deſcendit in caſtra,

SEcūda plaga punitus eſt ille populus ꝓpter pctā ſua: qn̄ accēſus ignis dn̄i deuorauit extremā partē caſtroꝝ: vt ḣꝛ Numeri. xj. c. Forte tibi erāt magis culpabiles. Tandez oratione Moyſi ignis abſorptus: ideſt extinctus fuit.

¶ Tertia plaga fuit poſtq̄ꝫ habuerunt coturnices. Ut enī habet̄ Numeri. xj. c. Adhuc carnes erāt in dētibus eoꝝ: nec defecerat hmōi cibus: et ecce furor dn̄i cōcitatus in populū percuſſit eū plaga magna nimis. Uocatuſq̄ꝫ eſt ille locus ſepulcrū cōcupiſcētie. Ibi enī ſepeliere populū qui deſiderauerat carnes. Dicit magr̄ i hiſtoria ꝙ modus plage hic nō determinat̄. Credit̄ tn̄ ꝙ fuerit ignis.

¶ Quarta plaga ponit̄ Numeri. xvj. c. qn̄ multitudo murmurabat ꝯtra Moyſen ⁊ Aaron dicēs: Uos interfeciſtis populū. Cūq̄ꝫ vellēt eos obruere lapidib⁹: fugerūt ad tabernaculuz: ⁊ operuit eos nubes: ⁊ apparuit gloria dn̄i. Dicūt alij qui ꝙ nō fuit illa que prebebat ducatū populo: ſed quedā parua nubes in qua dn̄s ſolitus erat loqui cū Moyſe. Alij dicūt ꝙ fuit illa que prebebat ducatum ſed ſtabat in alto ſuper tabernaculum: ⁊ tunc deſcēdit operiēs ⁊ ambiēs circūquaq̄ꝫ vt nullus poſſet adire. Et egreſſus ignis deuorauit populū. Fuerūt autē percuſſi tredecim milia et octoginta.

¶ Quinta plaga exprimit̄ Numeri. xxj. quādo profecti de monte hoc venerunt in Salmana. Et q꞉ male loquebantur de deo: miſit dn̄s in populuz ſerpentes ignitos. Qui ſic dicebātur ſꝫm Nicolaū de lyra: ⁊ magiſtrū in hiſtoria: q꞉ minimi et veloces erant ad modum ſcintillarum: vel quia volantes per aera emittebant ſcintillas ardētes: vel ex eo ꝙ per morſus eoꝝ calefiebat caro ac ſi igniretur. Tunc venerunt iudei a Moyſen videntes mortes plurimorum dicentes: Peccauimus quia locuti ſumus contra deum: ⁊ tu ora vt tollat a nobis ſerpentes. Orauitq̄ꝫ moyſes ad dn̄m. Cui dn̄s ait: Fac ſerpentem eneum: et pone in

perticam eminente in medio populi: ⁊
quicū́qꝫ percuſſus fuerit a ſerpente re
ſpiciat eū ⁊ viuet. Et factū eſt ita. Dicit
Rabbi Salomō: ꝙ in ſerpēte nō erat
virtus ſanādi: ſed aſpiciētes ſerpētem
cognoſcebant afflictionē illā a deo ſibi
iuſte illatā: petēdo miām: ⁊ ipe deꝰ ſa-
nabat eos. Rō aūt myſtica eſt: quia ſer
pēs ille figurabat xp̄m paſſuꝫ in cruce:
per cuiꝰ intuitū fidē ⁊ deuotionē ſana-
mur a morſu ſathane. Ex quo xp̄s dixit
Joh. iij. Sicut exaltauit moyſes ſerpē
tē ī deſerto: ita exaltari opꝫ filiū hoīs.
Dicit mgr̄ in hiſto. ꝙ illū ſerpētē eneū
habuerūt ſecū filij iſrl̄ ſemp ⁊ magnifi
ce repoſitus eſt in hieruſalē. Tandē ob
cultū ſupſtitiōis quē ſibi exhibebat po
pulus cōminuit eū in puluerē rex Eze-
chias: ⁊ poſuit in torrēte cedron: ſicut
etiā ptꝫ. iiij. Reg. xviij. ¶ Sexta plaga
enarrat̄ Numeri. xxv. qn̄. ſ. iſrl̄ initiatꝰ
eſt. i. ꝯſecratꝰ beelphegor idolo madia-
nitarū. Jratꝰ aūt dn̄s dixit ad moyſen.
Tolle cūctos principes ppl̄i: ⁊ ſuſpēde
in patibulis ꝯtra ſolē vt auertat̄ furor
meus ab iſrael. Dicit mgr̄ in hiſtoria.
Forte qꝛ ſubditos nō corripiebant du-
ces tribuum voluit ſuſpendi vel potiꝰ
principes. i. autores huius idolatrie.
Occiſiqꝫ ſunt. xxiiij. milia hominum.
¶ Septima plaga fuit qn̄ iuuenes plu
rimi zelo phinees accenſi: multa milia
hoīm ꝑcuſſerunt. Ut em̄ refert ioſephꝰ
⁊ ponit̄ Nume. xxv. ꝑncipes tribꝰ Si-
meon zambri filiā cuiuſdā potētis ma-
dianitaꝝ duxerat: q̄ dicebat̄ corbi. Qui
vxore iubēte in q̄dā ſolēnitate cū alijs
ducibꝰ deo nō īmolauit. Quobrem cum
a moyſe repħēderent̄ in gn̄ali qui cole
bāt idola nō deū: ille corā oībꝰ ꝓfeſſus
eſt ſe alienigenā duxiſſe: ⁊ ſe idola cole-
re: nec tyrānicis legibꝰ q̄s ipe ſibi moy
ſes īpoſuerat obnoxiū eſſe: q̄bꝰ ſub fi-
gmēto legū et dei grauiori ſeruitute po
pulū premebat q̄ꝫ egyptij: cū proprium
auferebat viuendi arbitrium. Et diſce-
dēs coram omni turba que flebat ante
fores tabernaculi intrauit tabernaculū
vxoris. Surgēſqꝫ phinees filiꝰ eleaza-
ri de medio multitudinis: ⁊ accepto pu
gione ingreſſus eſt poſt illū ī lupanar.
Et cū inueniſſet coeūtes ꝑfodit ambos
in locis genitalibꝰ. Quo exēplo multi
moti idolatras plurimos occiderunt.
Quid plura? Ut cōcluditur in prologo
in epl̄am ad romanos: ita crebra ꝓuo
catione dn̄m irritauerunt: vt oēs in he
remo morerent̄ nec plures ex ſenioribꝰ
eoꝝ q̄ꝫ duo homines terram promiſſio
nis intrarunt. Nos igitur caueamꝰ no
bis: ne deum contra nos propter pctā
noſtra ꝓuocemus: qꝛ quanto plura di-
gnioraqꝫ ſuſcepimꝰ dona: tāto grauio-
ra nr̄a facinora delictaqꝫ reputant̄. Et
ſi illa deponere neglexeremus: non ne-
gliget aut retardabit vltionē deus qui
eſt benedictus in ſecula. Amen.

¶ De iudicio dei cōtra iudeos in hieru-
ſalē habitantes. Sermo. iij.

DEdit deus po
pulo iudeoruꝫ ciuitatem
hieroſolymitanaꝫ ad in-
habitandū: in qua tēpo-
re Nabuchodonoſor re-
gis babylonis tm̄ excreuerūt iniq̄tates
⁊ execrāda mala ꝙ deꝰ oēm populū tra
didit in manus inimicoꝝ ſuoꝝ ⁊ ciuita
te debellata: omnes vtriuſqꝫ ſexus iu-
ſto iudicio dei captiui ducti ſunt in ba-
bylonē. Neqꝫ ob aliā cām tā graue dam
nū incurrerūt: niſi qꝛ diuina mādata cō
tēnebāt erātqꝫ deo celi abominabiles ⁊
exoſi. Ad qđ clare intelligendū ſtatui in
hoc ſermone de iudicio dei ꝯtra iudeos
in hieruſalē cōmorātes loqui. De quo ſi
plenam noticiā habere voluerimus: ne
ceſſe eſt vt tria myſteria diſſeramus.

Primū dicitur glorie.
Secundū nequicie.
Tertium pene.

¶ De gloria et magnificentia ciuitatis
hieruſalem. Capm̄. j.

EXaltauit deus gloriā ciuita-
tis hieroſolymitane: et fecit
illam ſpecioſam et decoram

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

valde: in qua morabātur iudei cū ingēti leticia et quiete. Veruntamen vt ſic fuiſſe demonſtremus, tria de ipſa ciuitate cōſideremus.

Primo ſitum.
Secūdo cultum,
Tertio ſtatum.

¶ De optimo ſitu ciuitatis hieruſalem.

PRimo conſideremus illi⁹ ciuitatis ſitum. Et de hoc notandū ſm Rabanum libro. xij. de origine reruz. ꝙ hieruſalē eſt ciuitas in paleſtina in medio iudee poſita: vmbilicus toti⁹ habitabilis noſtre zone. Vñ Ezechielis. v. dicit dñs. Iſta eſt hieruſalem: quā in medio gentium ſituaui. Nicolaus de lyra dicit: quia ſituata eſt in quarto climate terre habitabilis ſeptē climatibus diſtincte. Eſt ibi terra fertilis: non modum frugum: ſed etiam balſamo: melle ⁊ lacte. Que in diſtributione terre promiſſionis data fuit tribui bēiamin: dicta iebus que eſt hieruſalē: vt notatur Joſue. xviij. Et idez fatetur Iſido. lib. xiiij. etymol. In. xv. ꝟo li. aſſerit ꝙ ſm iudeos Sem filius Noe: quē dicunt melchiſedech primus poſt diluuium in ſyria condidit ſalē vrbē hanc: poſtea ipſam tenuerūt Jebuſei: ex quibus dicta eſt iebus. Sicq̃ duobus nominibus copulatis iebus ⁊ ſalem vocata eſt. Que poſtea a Salomōe hieroſolyma: quaſi hieruſalomonia dicta eſt.

¶ De tēplo mirabili hierlm.

SEcūdo conſideremus illius ciuitatis cultū. Ibi equidem a Salomone cōſtructū eſt tēplū miro artificio: de quo dr ij. Paral. iij. Cepit Salomō edificare domū dñi in hieruſalez in mōte moria: qui demonſtratus fuerat Dauid patri eius: anno quarto regni ſui. Glo. Hiero. ſup illo verbo. Vade in terram viſionis. In hoc monte inquit: obtulit Abraam holocauſtum pro Iſaac. Et glo. ſup illo verbo iacob. Nō eſt hic aliud niſi domus dei dicit: In hoc loco creditur iacob dormiuiſſe ⁊ vidiſſe angelorum viſionem in ſcala: preuidiſſeq̃ templū ⁊ dei cultū ibidē futurū. Quantum ꝟo fuerit domus illa mirāda: pz ex his que dicunt. iij. Reg. vj. Erat ibi cōcurſus ⁊ frequētia gentiū. Precipue ꝟo ſm Nico. de lyra: ex oī iudea ppls ibi cōfluebat in feſto paſche ſiue azymorū in memoriam liberationis de egypto. In feſto pentecoſtes: in memoriam date legis. In feſto ſcenophegie ſiue tabernaculorum: in memoriam manſionum in deſerto. Hanc domum chriſtus voluit ſua preſentia decorare. Ibi oblatus eſt quadrageſima die poſtq̃ natus fuerat Ibi inuentus poſt triduū in medio doctorum. vt dr Lu. ij. Ibi docebat. Unde Mar. xiiij. dixit: Quotidie apd vos erā docens in templo.

¶ De ſtatu hieruſalem.

TErtio conſideremus illi⁹ ciuitatis ſtatū. Facta eq̃dem fuit ciuitas īſignis ⁊ regia. Primuſq̃ ibi regnauit rex ſaul: quē ſamuel vnxit in regē. ij. Dd. iij. Salomon. iiij. Roboā. v. Abias. vj. Aſa. vij. Joſaphat. viij. Jorā ix. Ochozias. x. Joas. xj. Amaſias. xij. Ozias. xiij. Joathan. xiiij. Achaz. xv. Ezechias. xvj. Manaſſes. xvij. Amon xviij. Joſias. xix. Joachim. xx. Sedechias. Erat ergo ciuitas illa famoſa plena populo ⁊ diuitijs. Erāt ibi ornata edificia: alta palatia: ⁊ iuuenes robuſti ⁊ bellicoſi. Sed vt dicit Lactan. li. ij. Tū maxime deus ex memoria hominū elabitur: cū beneficijs eius fruētes honorē diuine indulgētie dare debent. Ideo populus hieroſolymoꝝ: vt patebit incraſſat⁹ nimis recalcitrauit.

¶ De nequicia populi iudaici ⁊ īpietate multa. Caplm. ij.

QUanta fuit iniq̃tas iudaici populi in hieruſalē habitātis inueſtigandū eſt: vt ſic percipiamus q̃ iuſte de⁹ populū illū nequā tradidit in captiuitatē. Sunt aūt tria q̃ accuſant

hieroſolymoꝝ culpam et impietatem.
Primū eſt multiplex offenſio.
Scd̄m temeraria pſumptio.
Tertium dura obſtinatio.
¶ De octo peccatis quibus in hieruſa-
lem offendebatur deus.

PRimū quod accuſat ⁊ arguit
hieroſolymoꝝ culpā: eſt mul
tiplex offenſio. In multꝫ nā-
qꝫ nō in vno ſolo pctō offen
debant deum. Octo tamen erant inter
cetera peccata principalia que abunda
bant in illa ciuitate.
Primū pctm̄ dꝛ negligētie.
Scd̄m iniuſticie.
Tertium auaricie.
Quartū fraudulētie.
Quintum violētie.
Sextum luxurie.
Septimum idolatrie.
Octauū irreuerentie.
¶ Primū peccatū qđ abundabat in illa
ciuitate dꝛ negligētie. Supioꝛes nāqꝫ
nō curabāt de ſalute ſubditoꝝ. Quin-
imo ſuo malo exēplo corrūpebāt eos:
⁊ inducebāt ad male faciēdū. Vñ Hie-
remias conquerebatur. x. c. di. Stulte
egere paſtoꝛes: ⁊ deum nō exquiſierūt:
propterea nō itellexerūt: ⁊ omnis grex
eoꝝ diſperſus eſt. Et. xxiij. c. Hiere.
aiebat: Ve paſtoꝛibus qui diſperdūt
⁊ dilacerāt gregē paſcue mee dicit dn̄s
Sis cautus o predicatoꝛ ne ꝑpter iſta
prelatis detrahas. Si boni ſunt: bene
erit ipis: ſiṽo mali: iudicet illos deus.
Noſtra ṽo non intereſt illoꝝ increpare
delicta. Scd̄m pctm̄ qđ abundabat in
ciuitate hieruſalē erat iniuſticia. Et de
hac Hiere. v. c. ait: Circūite vias hieru-
ſalē: ⁊ aſpicite et conſiderate: ⁊ querite
in plateis eius: an inueniatis virum fa
cientem iudiciū ⁊ querentem fidem. Et
infra. Cauſam vidue non iudicauerūt
⁊ cauſaꝫ pupilli non direxerūt. O quid
de nobis dicam? Heu heu perijt profe-
cto de terra iuſticia. Timoꝛe: amoꝛe: ⁊
odio: ac precio eſt eiecta. vt dꝛ. xj. q. iij.
c. quattuoꝛ. Sed profecto impletuꝫ eſt
dictū Iſidori q̄ ait. xj. q. iij. c. paup. Pau
per dū non habet q̄d offerat in iudicio
non ſolū audiri ɔtēnit: ſꝫ etiā ɔ̄ vitatē
opprimit. Cito violat auro iuſticia: nul
lāqꝫ reus ptimeſcit culpā: quā nūmis
redimere exiſtimat. Et tn̄ vt dicit Aug.
li. iiij. de ciui. dei. c. iiij. amota iuſticia:
quid ſunt regna niſi magna latrocinia
Ideo dꝛ. xij. q. ij. c. ſi ſeculi leges. Sum
mū in rebꝰ bonū eſt iuſticiam colere: ac
ſua cuiqꝫ iura ſeruare. Et Ariſt. v. ethi.
ait: Preclariſſima ṽtutū eſſe vr̄ iuſticia:
⁊ neqꝫ heſperꝰ neqꝫ lucifer ita admira-
bilis. ¶ Tertiū pctm̄ qđ erat in hieruſa
fuit auaricia: de q̄ Hiere. vj. c. ſic ſcribi
tur: A maioꝛe vſqꝫ ad minoꝛem oēs ſtu-
dēt auaricie: et a ꝓpheta vſqꝫ ad ſacer
dotē cūcti faciūt dolum. Hoc tn̄ tpe ne
ſcio q̄d referā: cū mūdus totus auaricie
vinculis detinet. Ob illā etem̄ multipli
cata ſunt oīa mala: periuria. ſ. fraudes:
deceptiones: mēdacia: odia: liuoꝛes: ran
coꝛes: rapine: vſure: ſimonie: et ſimilia.
¶ Quartū pctm̄ qđ erat i hieruſalē fuit
fraudulēta. Oēs ꝑ maioꝛi pte erāt ſimu
lati: ficti: aſtuti: callidi: ⁊ deceptoꝛes in
oī arte: in oī exercitio: in oī deniqꝫ ɔuer
ſatione ſua. Vñ Hier. ix. c. di. Vnuſqſqꝫ
a ꝓximo ſuo ſe cuſtodiat: ⁊ in oī frē ſuo
nō habeat fiduciā: qꝛ oīs frater ſupplā-
tās ſupplātabit: ⁊ oīs amicus fraudulē
ter incedet. O q̄s habet nūc vnū amicū
verū: Inquit Amb. li. iij. de officijs. Fa
cilis vox ⁊ communis: tuus ſum totus:
ſed paucoꝝ effectus. ¶ Quintū peccatū
in hieruſalē fuit violentia. De hoc dicit
Hiere. xxxiiij. c. Retraxerūt ſeruos ſuos
⁊ ancillas ſuas quos dimiſerāt liberos:
⁊ ſubiugauerūt in famulos ⁊ famulas.
Hoc dicit Nico. de lyra ꝙ Exod. xxj. c.
dictū fuit. Si emeris ſeruum hebreū ſex
annis ſeruiet tibi: i anno ſeptimo exeat
liber gratis: ita ꝙ nō poterat vltra te-
neri niſi vellet remanere. Tpe ṽo Sede
chie regis: ⁊ ante tenuerāt ſeruos ⁊ an-
cillas diutius ꝑpter auariciā ſuā: tamē
ad monitionē Hieremie et alioꝝ viroꝝ
bonoꝝ rex Sedechias ⁊ ſui ſubditi ſta-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fuerunt firmiter dimittere ſeruos ſuos
hebreos et ancillas ſcḋm preceptuꝫ legis.
Et vt hec ordinatio eſſet firma ſciderūt
vitulū in duas partes: ⁊ inter illas par
tes trāſierunt rex ⁊ principes eius ad ſi-
gnificādū: ꝙ ſic eſſet dignus occidi ⁊ di
uidi infringēs illā ordinationē. Uerūtñ
poſt cupiditatē ducti retraxerunt ad ſe
redigendo in ſeruitutē. Et ſic nō ſolum
peccauerūt cōtra legē diuinā: ſed etiam
cōtra ſtatutū ꝓprium. Siles his hodie
ſunt qui retinent famulos et ancillas: ⁊
permittūt eos perimere fame et rigore:
ſuntqꝫ illis infeſti: nō ſolū compellēda
plus debito laborare: ſed etiā iniuriādo
⁊ cōtumelijs ac verberib⁹ afficiēdo. Non
didiſcere iſti diſciplinā ſapientis: q̄ Eccī
iiij. c. ait: Noli eſſe ſicut leo ī domo tua:
euertēs domeſticos tuos: et opprimens
ſubiectos tibi. Et ꝓ his facit id Senece
ad Lucillū. Colāt inq̄t te poti⁹ ſerui tui
ꝙ timeāt. ¶ Sextū pctm̄ hieruſalē fuit
luxuria. Et de hoc dr̄ Hiere. v. c. in perſo
na dei. Saturaui eos ⁊ mechati ſunt. ⁊
xiij. c. Adulterijs repleta eſt terra. Si-
leāt de hoc vba: loquātur exēpla. ¶ Se-
ptimū pctm̄ fuit idolatria: de qua Hie-
re. j. c. de⁹ cōquerebat̄ ſic. Dereliquerūt
me: ⁊ libauerūt dijs alienis: et adoraue-
rūt opus manuū ſuarū. ¶ Octauū pec-
catū fuit irreuerētia ad cultū diuinū: nā
in tēplo abſqꝫ deuotione ingrediebātur
⁊ egrediebantur. Et de hoc ſic habetur
Hiere. vij. c. Fecere filij iuda malum in
oculis meis: dicit dn̄s. Poſuerunt offen
dicula ſua in domo in qua inuocatum
eſt nomen meum: ⁊ polluerunt eam. O
ꝙ̄ reprehenſibiles xpiani ſunt: qui tem
pla dei ⁊ eccleſias tanqꝫ lupanaria cal-
cant. Pro quibus facit illud qđ ſcribit̄
de immunitate eccl̄ie lib. vj. in. c. decet.
Decet domū dn̄i ſcitudo. Decet vt cu-
ius i pace factus eſt locus: eius cultus
ſit cū debita veneratiōe pacificus. Sit
itaqꝫ ad eccl̄ias humilis ⁊ deuotus in-
greſſus. Sit in eis q̄eta cōuerſatio: deo
grata: inſpiciētibus placida. In hierl̄m
ergo erāt huiuſcemodi vitia ⁊ alia plu-
rima q̄ ſolet abhorrere deus.

¶ De pſumptione populi.

SEcundum qđ accuſat ⁊ argu
it hieroſolymoꝝ culpā eſt te
meraria preſumptio. In tot
em̄ peccatis deum ſpernebāt
Unde Hiere. v. c. dr̄: Negaue
runt dominum: ⁊ dixerunt: Non eſt ip-
ſe: neqꝫ veniet ſuper nos maluꝫ: gladiū
⁊ famem non videbimus. Et infra. Nō
dixerunt in corde ſuo: metuamus dn̄m
deum noſtrum. Cōfidebant ergo in ſe-
ipſis: ⁊ perſeuerantes in malis ſuis pe
nitentiā recuſabant. De hoc dicitur Hie
re. viij. c. Nemo qđ bonum eſt loquitur
nullus eſt qui agat penitentiam ſuper
peccato ſuo dicēs: quid feci. Oēs cōuer
ſi ſunt ad curſum ſuuꝫ: quaſi equus im
petu vadens ad prelium.

¶ De obſtinatione iudeoꝝ.

TErtiuꝫ qđ oſtēdit hieroſoly
moꝝ culpā: eſt dura obſtina
tio: nā cum ꝑ plures annos
ppl's ille cōmonitus fuiſſet:
nunqꝫ ſe corrigere voluit. In
quit Hiero. in cōmēto ſuꝑ Hieremiam
ꝙ hieremias cū eſſet adhuc puer ꝓphe
tare cepit anno. xiij. Joſie filij Amō re-
gis Juda: ꝓphetauitqꝫ in īperio eius
annis. xix. ⁊ poſtea ſub Joachim filio ei⁹
annis. xj. ⁊ ſub Sedechia q̄ vltimus fu
it regni Juda: annis. xj. vſqꝫ ad q̄ntum
mēſem: qn̄ a babylonijs capta ē hierl̄m
Ac ꝑ hoc ab exordio prophetie ſue vſqꝫ
ad captiuitatē hierl̄m: qua ⁊ ipſe capt⁹
eſt: ꝓphetauit annis q̄draginta ⁊ vno:
⁊ p̄dixit clare ciuitatis excidium: niſi pe
nitentiam agerent. At illi nō ſolū nō ti-
mebant ⁊ humiliabant ſe deo: verūetiā
hieremiaꝫ pſequebantur. Scribit̄ nāqꝫ
Hiere. xxvj. c. ꝙ cū ſemel prophetaſſet:
apprehenderūt eū dicētes: Morte mo-
riatur. Et congregatus eſt omnis popu
lus aduerſus Hieremiam in domū dn̄i.
Tandem vtens bonis verbis Hieremi-
as: dixit oīs populus. Nō eſt viro huic
iudiciū mortis: qꝛ in noīe dn̄i dei noſtri
locutus eſt ad nos. ⁊ Hiere. xxxij. habet̄

qualiter ceſum eū miſerūt in carcerem:
vbi ſedit dieb⁹ multis. ⁊ Viere.xxxviij.
c.narraṫ qualiter ſubmiſerūt eū in lacū
in quo nō erat aqua: ſed lutū: multaſq;
alias pſecutiones intulerūt ſibi. O ma
licia incorrigibilis: o malignitas hoīm
iniquoꝝ: o duricies prauoꝝ cordiū. Ue
ritas adamaṫ: deus p̄dicaṫ timēdus: vi
tia increpanṫ: efferunṫ virtutes ⁊ boni
mores: tñ odio habenṫ qui deo iubente
talia nūciant. Idcirco nemo pōt de deo
cōqueri ſi in nos ſeuerus appareat.

¶ De graui punitione ⁊ plaga hierl̄m.
Capitulum.iij.

Ui dudū lōganimis p̄ Viere
remiā ppl̄m ad pniam voca
uerat: ſceleribus ⁊ malicia
iniquoꝝ puocatus: ad vin
dictā tādē excitatus eſt. Qō
vt cūcti valeāt ſcire in hoc myſterio: ter
tio de pena hierl̄m ptractauimus: de q̄
tria ſunt cōſideranda.

Primū ōr ciuitatis obſeſſio.
Scōm ciuitatis afflictio.
Tertiū ciuitatis captio ⁊ deletio.

¶ De valida obſidione ciuitatis.

Rimū cōſiderandū eſt ciuita
tis obſeſſio. Ut enim hr̄.iiij.
Reg.vlti.c.⁊.ij. Paraḷ. vlti.
c. Anno nono Sedechie cir
cundata eſt hierl̄m a Nabu
chodonoſor cum validiſſimo exercitu: ⁊
extructe fuerunt in circūitu eius muni
tiones: ⁊ clauſa eſt ciuitas decē ⁊ octo
mēſibus. ¶ Scōm cōſiderādū eſt ciuita
tis afflictio. Preualuit q̄ppe interim fa
mes: nec erat panis pplo terre. ¶ Ter
tiū cōſiderādū eſt ciuitatis captio. Naꝫ
ciuitas capta fuit: ⁊ fugit Sedechias.
Rabbi Salomō dicit: ꝙ ipſe fugit per
quandā viaꝫ ſubterraneā: cuius exitus
erat bñ lōge a ciuitate. Sed deus fecit
apparere vnā capreā ſilueſtrē ⁊ dū chal
dei vellēt eā capere fugiēdo cucurrit ſu
per terrā ſm viam illius linee ſubterra
nee p̄dictā vſq; ad exitū. Et ſic chaldei
inuenerūt Sedechiā: q̄ exierat viā illā.
Sed Nico. de ly. dicit: ꝙ hoc nō eſt veri
ſimile ꝙ chaldei tūc intēderēt venatio
ni. Jō dicēdū ꝙ iſecuti ſunt Sedechiā
p̄ iudiciū aliquoꝝ quos ceperūt in ciui
tate: q̄ nō poterāt fugere. Scōm magi
ſtrū in hiſtoria: capta fuit ciuitas circa
mediā noctē. Captus itaq; fuit Sede
chias: ⁊ adductus corā nabuchodono
ſor. Qui dixit ei. Magnus deus habēs
nequiciā tuā odio tradidit te mihi. Oc
cidit ⁊ filios eius coram eo. Oculos ſo
Sedechie effodit: ⁊ catenis vinxit eum
⁊ duxit eum in babylonē. Muri autē
hierl̄m deſtructi ſunt: ⁊ ciuitas expolia
ta: tandē ſuccenſa: ⁊ ppl̄s ductus in ca
ptiuitatē. Refert magiſter i hiſtoria ꝙ
cū Nabuchodonoſor intraſſet babylo
nem cū triūpho: victimas ſolēnes imo
lauit dijs ſuis: ⁊ ſolēnizauit cū oī popu
lo nouē diebus. Cūq; recūberēt exhila
rati: p̄cepit rex vt adduceret Sedechi
as in mediū: ⁊ aliq̄ de cātoribus templi
cū eo: qui pſallerent corā cōuiuantibus
in muſicis inſtrumētis ⁊ canerēt hym
nos de cāticis ſyon. Bibebāt aūt cōuiue
in vaſis domus dñi: quoꝝ quedā Nabu
chodonoſor ꝯſecrauit idolis: quedā ſo
ſibi reſeruauit. Cūq; darēt pſallētibus
potū: clāculo p̄cepit rex: vt dareṫ Sede
chie potus laxatiuus. Et corā omnibus
ignominioſe laxatus eſt: ſicq; irriſuꝫ re
duxere ad carcerē: quinimmo afflictus
dolore poſt paucos dies mortuus eſt.
At Nabuchodonoſor fecit eū honore re
gio ſepeliri. Tali iudicio deus illū puni
uit: qr vt ſcribiṫ.ij. Paraḷ. vlti. viginti ⁊
vnius anni erat cum regnare cepiſſet: ⁊
vndecim annis regnauit in hierl̄m: ⁊ fe
cit malū corā oculis dñi dei ſui: nec eru
buit faciē Vieremie pphete loquentis
ad ſe ⁊ ex ore dñi. A rege q̄ꝫ Nabucho
donoſor receſſit: q̄ adiurauerat eū p̄ deū
⁊ indurauit ceruicē ſuā ⁊ cor: vt nō re
uertereṫ ad dñm deū iſrl̄. Si ergo ipſe
timuiſſet deū: abſtinuiſſet vtiq; a tot tā
tiſq; pctīs: ⁊ deus miſericordiā ſuā oſtē
diſſet illi: quā nobis exhibeat q̄ eſt bñdi
ctus in ſcl̄a ſclōꝝ. Amen.

¶ De iudicio dei cōtra iudeos xp̄m ⁊ ce

cleſiaʒ perſequētes. Sermo.xiij.

COmpletis an nis.lxx.iudaice captiui‑tatis operāte Eſdra ſa‑cerdote ⁊ Zorobabel:ſu‑ſcitauit dn̄s ſpm̄ Cyri regis pſaruʒ:q̄ anno primo ſui imperij laxata hebreoꝝ captiuitate:q̄ttuor fer‑me hoīm milia fecit regredi in iudeam reſtituēs eis vaſa tēpli aurea ⁊ argētea q̄nqʒ milia quadringēta:q̄ nabuchodo noſor portauerat in babyloneʒ. Sicqʒ reedificata eſt hierl'm ⁊ tēplū eo tpe q̄ Tarquinus ſupbus regnabat in vrbe. Colligunt̄ iſta ex primo libro Eſdre.c.j. et dictis ioſephi in libris antiq̄tatuʒ.et Bede in lib .de tpibus. Sicqʒ ppl's ille ibi multiplicatus eſt vſqʒ ad tpa xpi. Verūtn̄ q: xpm ⁊ eccl'iam iudei acriter perſecuti ſunt:de qua impietate nolue rūt penitere:volēte deo ciuitas hierl'm a romanis euerſa eſt:⁊ ppl's fame ⁊ gla dio perijt:⁊ q̄ remāſerūt viliter fuerunt venūdati. Propterea vt indies ad timē dum deū ſtudioſius inuigilemus: in h̄ ſermōe de iudicio dei ꝯtra iudeos xpm ⁊ eccl'iam pſequētes verba faciemus:vi debimuſqʒ qualiter ciuitas hierl'm de‑ſtructa fuit:⁊ ppl'us eius diſperſus. De qua deſolatione tria myſteria erūt de‑clarāda.

Primū ōr ſignificationis.
Scd̄m p̄nūciationis.
Tertiū executionis.

¶ De ſignis ⁊ portētis quibus dei iudi cia premonſtrant̄. Cap.j.

SIgnificata fuit portētis ⁊ ſi gnis deſolatio hierl'm. Et in hoc apparet duricia ppl'i: q: nūq̄ȝ ad pn̄iam redijt. Verū‑tn̄ vt plenius intelligant̄ ſin gula:in h̄ myſterio tria ſunt dubia ab‑ſoluenda.

Primū an timēdū ſit cū aliq̄ nouita‑tes apparent in corporibus celeſtibus: etiā ſi naturaliter ſiant.

Scd̄m q̄ ſunt illa ſigna ꝑpter que ti mendum eſt:ne immineāt de ꝑpinquo hoībus mala.

Tertiū q̄bus ſignis hieroſolymorum excidiū fuit p̄monſtratū.

¶ Pro primo dubio arguūt aliq̄ dicen‑tes illud Hiere.x. A ſignis celi nolite ti mere:q̄ ſolēt metuere gētes. Et tn̄ con‑tra iſtos eſt autoritas xpi q̄ Luce.xxj.c. ait:Erunt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. Que verba dicta ſunt vt per illa ſigna hoīes terreant̄. Reſpōdet his Nico.de ly.ſup p̄fato.x.c.Hiere. ꝙ timere ꝑpter ſigna celi pōt eſſe dupl'r. Aut rōnabili‑ter:aut ſupſtitioſe. ¶ Primo mō licituʒ eſt:⁊ ad prudentiam ſpectat ſic timere. Nā lʒ corpora celeſtia nō ſint agentia de neceſſitate:tn̄ habēt virtutē immutādi elemēta ⁊ compoſita ex eis ad diuerſas qualitates:ex q̄bus diſponuntur huma na corpora ad varias infirmitates:ſicut ex dn̄io martis cholera accēdit̄: ex qua accēſiōe nō ſolū corpa diſponunt̄ ad in firmitatē aliquā:ſed etiā appetitus ſen ſitiuus ad irā: ex quo ſequunt̄ vlterius lites ⁊ diſſenſiones:eo ꝙ hoīes vt ī plu ribus ſequunt̄ ſuas paſſiones:ſoli ſapi entes eis dn̄ant̄ ꝑ rōnem. Timor aūt fa cit p̄cauere a malis futuris. Et iō time‑re a celi conſtellationibus ad hoc ꝙ hō ꝯſulat de habēdo remedio ꝯ̄ diſpoſitio nē ad infirmitates corpoꝝ ⁊ paſſiones malas:⁊ alia hm̄oī q̄ p̄nt ex influētia ce li cauſari:nō eſt malū ſed bonuʒ ⁊ ſatis cōueniēs. ¶ Scd̄o mō timere ꝑpter ſi‑gna celi.ſ.ſupſtitioſe illicitū eſt ⁊ pctm̄. Et ſic loquitur Hiere. Vn̄ ſubdit. Quia voces ppl'oruʒ vane ſunt. Qd̄ inſup po nit̄. C.de penis.l.decurionū filij. Vane inq̄t voces ppl'orum nō ſunt audiende: Apud ppl'os aūt triplex ſupſtitio ſuēta eſt circa corpora celeſtia.

Prima eoꝝ q̄ dixerūt illa eſſe aīata.
Scd̄a eoꝝ q̄ dixerūt illa eſſe deos.
Tertia eoꝝ qui dixerunt corpora ce‑leſtia imprimere in intellectū noſtrum.

¶ Prima ſupſtitio eſt eorū q̄ tenuerunt corpora celeſtia eſſe animata. Cōtra q̄s eſt autoritas Damaſceni:q̄ in.ij.lib.ait:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nullus animatos celos: vel luminaria
exiſtimet. Inanimati em̄ ſunt ⁊ inſen-
ſibiles. Et aug. lib. xiij. de ciui. dei, ait:
Non eſt credendum ꝙ Plato dicit glo
bos iſtos luminuꝫ ſiue orbiculos luce
corporea ſuper terram: ſeu die: ſeu no-
cte fulgentes ſuis quideꝫ proprijs ani
mabus viuere. Et. xviij. lib. de ciui. dei
dicit: ꝙ anaxagoras factꝰ eſt reꝰ apud
athenienſes: q: dixit ſolē eſſe lampadē
ardērē negans vtiqꝫ ipſum eſſe deum:
vel aliquid animatū. Si vo obijceret:
ꝙ non ſolū platonici: ſed etiam docto
res fidei tenuerūt corpora celeſtia eſſe
animata: vt Origenes ⁊ Hieronymꝰ.
Auguſtinus inſup hoc ſub dubio de-
relinquit. vt in li. lxxxiij. queſtionuꝫ in
enchiridion. ⁊ in. ij. ſup Gen̄. ad lrām.
vbi dicit ꝙ ſi ſunt animata corpora ce
leſtia pertinēt ad ſocietatē angeloruꝫ
eoꝝ anime. Reſpōdet Tho. j. parte. q.
lxx. ar. iij. ꝙ interponentes corpora ce
leſtia eſſe aīata vel inanimata: parua
vel nulla eſt differentia in re: ſed in vo
ce tm̄. Quoniā dici poſſunt animata:
non ſicut plante ⁊ animalia: ſed equi-
uoce: inquantū ſubſtantie ſpirituales
vniuntur corporibus celeſtibꝰ: vt mo-
tores mobilibus: quo fit vt motus ce-
leſtiū corporū ſit ab aliqua ſubſtantia
apprehendente: ⁊ nō ſolū a natura ſi-
cut grauia ⁊ leuia. Unde Auguſtinus
dicit. ij. de trinitate. corpora oīa admi
niſtrari a deo per ſpiritum vite. ¶ Se-
cūda ſuperſtitio fuit alioꝝ dicentium
corpora celeſtia eſſe deos: vt fuerunt
egyptij. De quibꝰ Euſebius pamphili.
libro. j. de euangelica preparatiōe ait:
Egyptios ferunt primos oīm cū in ce
lū oculos ſuſtuliſſent motū ordinem ⁊
quātitates celeſtiū corpoꝝ admiratos
ſolem ac lunā deos putaſſe. ¶ Tertia
ſuperſtitio fuit alioꝝ qui tenuerunt ꝙ
corpora celeſtia imprimunt in intelle-
ctum noſtrū. Quod vtiqꝫ falſum fore
oſtendit Tho. in. iij. ſumme cōtra gen
tiles. c. lxxxiiij. dicens: ꝙ directe ⁊ per
ſe non imprimūt. quia vt dicit Diony-
ſius libro de diui. no. ⁊ Aug. iij. de tri-
nitate. diuine ꝓuidentie ordo eſt vt ꝑ
ſuperiora regant inferiora ⁊ moueant-
tur. Intellectꝰ aūt ordine nature oīa
corpora excedit. Impoſſibile eſt ergo
ꝙ corpora celeſtia agant in intellectū
directe: nec poſſunt eſſe cauſa ꝑ ſe coꝝ
que ſunt circa intellectū. Inſuper nul
lū corpus agit niſi ꝑ motū: vt habet
viij. phyſicoꝝ. ergo q̄ ſunt oīno extra
motū: non poſſunt eſſe cauſata a cor-
poribꝰ celeſtibus. Sed ea que ſunt cir
ca intellectū ſunt oīno extra motum ꝑ
ſe loquendo: ſicut pꝫ. vij. phyſicorum.
Quinimo per quietem a motibus fit
aīa prudens ⁊ ſciens: vt dicitur ibidē.
Indirecte tm̄ corpora celeſtia poſſunt
imprimere i noſtrū intellectū: quia lꝫ
intellectus noſter non ſit virtus corpo
rea: tm̄ in nobis operatio intellectꝰ cō
pleri non pōt ſine operatione virtutū
corporearū: q̄ ſunt imaginatio ⁊ vis re
memoratiua ⁊ cogitatiua. Et inde eſt
ꝙ impeditis harū virtutū operationi-
bus ꝓpter aliquā indiſpoſitionē corpo
ris impedit operatio intellectus: ſicut
pꝫ in freneticis ⁊ lethargicis: ⁊ ſimilibꝰ
Et ꝓpter hoc etiam bonitas diſpoſitio-
nis corporis humani facit aptū ad itel-
ligēdū: inquātū ex hoc ꝑdicte vires for-
tiores exiſtunt. Diſpoſitio aūt corporis
humani ſubiacet celeſtibus motibus:
Et ſic ad ꝓpoſitū redeundo: ſuꝑſtitioſe
opiniones de corporibus celeſtibus nō
ſunt acceptāde. ¶ Scōm dubiū qđ erat
abſoluēdū eſt: que ſcḋm illa ſigna ꝓpter
que timendum eſt ne immineant de ꝓ-
pinquo hominibꝰ mala. Et dico ꝙ ſunt
tria.

Primū ſolis ⁊ lune defectio.
Scōm cometarū apparitio.
Tertiū portētoꝝ frequētatio.

¶ Primū ſignū. Quotieſcūqꝫ em̄ eclipſa
tur ſol vel luna: timenduꝫ eſt de aliquo
malo vēturo. Probatur hoc primo per
Ptolomeū: q̄ in centiloquio ait: Sol ⁊
luna ſunt dn̄i aliorum planetarū: eo ꝙ
ſunt cauſe totius operis ⁊ gubernatiōis

nis ſtellarū. Jdō eclypſes accidētia grā-
dia ſignificāt. Et Meſſahalla.c.vij. de
tēporū varietate.ait: Scito ꝙ in eclipſi
ſolis aut lune nō poterit fieri qn ſignifi
cet aliqd̄ magnū accidēs ſm quātitatē
eclipſis ipſius. Nā i ſignis igneis ſigni
ficabit interitū regis ⁊ diuitū: ⁊ ſiccitā-
tē ⁊ terre ſterilitates atqꝫ famē. Et Ver
gi.in.j.georgi.inqt: Sol tibi ſigna da-
bit: ſoles qs dicere falſum Audeat? ille
etiā cecos inſtare tumultus. Sepe mo-
net fraudēqꝫ ⁊ opta tumeſcere bella. Jl
le etiā extincto miſeratus ceſare romaꝫ.
Cū caput obſcura nitidū ferrugine texit
Jmpiaqꝫ eternā timuerūt ſecula noctē
Recitat Richobaldus in chronicis: ꝙ
anno Neronis quarto ſolis defectio fu
it ⁊ terremotus magnus. Tunc magna
ꝑſecutio inſurrexit cōtra xpianos. Pe-
trus ⁊ Paulus martyrio fuerūt corona
ti. Poſt paſſionē vō illoꝝ tāta rome pe
ſtilētia fuit: vt triginta milia funerū in
ſatione venerūt. Laodicia ⁊ Coloſſa et
Jeropolis vrbes in Aſia terremotu cō-
ciderūt. Tpe Cōſtātini.iij.facta eſt ſolis
defectio. Vic Cōſtantinus italiā de Lō
gobardis liberare conat⁹: ab Athenis
per mare Tarētū tranſiuit: oēſqꝫ vrbes
in cāpania ⁊ terris circūuicinis a Lōgo
bardis occupatas per quas venit vi ce
pit. Romā tandē pergit: papā Marti-
nuꝫ occidit. Jn ſicilia apud Syracuſas
a ſuis occidit. Paulopoſt ſaraceni cuꝫ
nauibus in ſiciliā veniunt: ſyracuſas ca
ptas diripiūt ornamenta alexandriam
deferūt. Templum conſtruitur in hieru
ſalem vbi tēplum ſalomonis fuerat. Tē
pore Lotharij.ij.factus ē ſol ſanguine-
us: ⁊ poſt paucos dies hoim lues eſt ſe-
cuta. Refert adhuc Eutropius ꝙ feruē
te tumultu belloruꝫ ciuilium: tres ſoles
ſimul exorti ſunt: qui paulatim coierūt
in vnum. Scias tñ ꝙ non ſunt idē ecli-
pſis ſolis ⁊ multiplicatio i aſpectu. Nā
vt dicit Jſid.lib.iij. etym. Eclipſis ſolis
eſt quotiens luna.xxx.ad eandē lineam
qua ſol vehitur peruenit: eiqꝫ ſe obijci-
ens ſolem obſcurat. Naꝫ deficere nobis

ſol videtur dum illi orbis lune opponi-
tur. De multiplicatiōe vō ſolis quia vi
dentur.iij.dicit Seneca libro.j.de que-
ſtionibus naturalibus: hos non eſſe ſo-
les: ſed imagines ſolis in nube ſpiſſa ſo
li propinqua: in qua radij ſolares inclu
ſi ſunt. ⁊ Johannes ſolobrienſis in poli
cratione libro.ij.ait: Quotiens ſol in ce
lo videbitur geminari inundationem
aquarum ſubtus orbis expectet. Et licꝫ
a raritate ſui miraculis videatur acce-
dere: opus tamen nature eſt: que quidē
ſoles non geminat: ſed nubē ſimillimā
facit: vocaturqꝫ parelion. Eſt enim pa-
relion nubes ſimillima ſoli. ¶ Secun-
dum ſignum ꝓpter quod timenda ſunt
mala futura dicitur comete apparitio.
De qua nota quod dicit Tullius lib.ij.
de natura deorum: ꝙ cometa grecuꝫ vo
cabulum eſt: quam latini crinitam ſtel-
lam vocant: eo ꝙ comas luminis de ſe
fundat. Pythagorici dixerunt cometaꝫ
eſſe vnam de ſeptem ſtellis erraticis.
Quorum falſitas apparet: cuꝫ ſepe om
nes luceant apparente cometa. Ariſto.
j.methau. ſcribit anexagoram Demo-
critum ⁊ alios dixiſſe cometam fore de
natura celi. Sed cum omnis ſtella celi
ſit perpetua: ⁊ cometa videatur defice-
re abſqꝫ eo ꝙ ſolis radijs abſcondatur
ideo dicendum cuꝫ Johanne Damaſce
no: ꝙ cometa non eſt ſtella de natura ce
li: ſed vapor ad voluntateꝫ creatoris ac
cenſus in viſcoſa materia ⁊ aduſtibili.
De apparitione ergo comete dicit Pto
lomeus in centiloqo propoſitione.xcix.
⁊ in.ij.quadripartiti.c.vlti. ⁊ Ariſto.in
j.methau. ꝙ ſignificat malos effectus.
Scribit Seneca in queſtionibus natu
ralibus: ꝙ due inſule ſubmerſe ſunt ꝑ-
nunciāte cometa. Narrat Juſtinus ꝙ
anno: quo nat⁹ eſt Mithridates: ⁊ an-
no quo primum regnare cepit: cometa
per vtrūqꝫ tempus multis diebus ſplē
duit cū luce tāta: vt celū oē videret ar-
dere. Jn quātitate videbatur occupare
magnū celi ſpaciū: ⁊ in luce vincebat ni-
tores ſolis. Apparebatqꝫ horis qttuor

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hic Mithridates.xlvj.annis cū roma
nis atrocia bella geſſit. De quo ſcribit
Uale.lib.viij.in rubrica de ſtudio ⁊ in
duſtria.Et idē cōfirmat Solin⁹ in lib.
de mirabilibus mūdi vigintiduarum
gentiū quibus imperabat idioma didi
cerat.Et vt refert Juſtin⁹ ⁊ Eutropius
cū Nicomedē regē bythinie regno pa/
raret pellere amicū romanoꝝ: cū dice/
ret ſibi ꝙ ſi id faceret romanis diſpli/
ceret:cū epheſuz pueniſſet:crudeli edi
cto:vt ſcribit Uale.lib.ix.in rubrica de
crudelitate:multā familiā romanoruz
ciuiū in Aſia:per vrbes negociādi cau/
ſa diſperſam vna epiſtola ⁊ vno die trū
cari fecit.Quā miſerabilis illa rerū fa/
cies fuit:vt vbicūqȝ romanus fuiſſet in
uentus:puta in agro:in domo:in foro:
in via:in templo:in lecto:in conuiuio:
velut hoſtis mactaret. Seneca.li.xvj.
de queſtionib⁹ naturalib⁹ dicit:ꝙ im/
perante Nerone ſenis menſibus appa
ruit cometa.Necȝ vō peius quid illis
tēporibus potuit eſſe ꝙ viuere ſub do
mino tā criminoſo.De quo dicit iohā/
nes ſolobrienſis in policratone lib.j.
In tāta mole imperij oēm peroſus eſt
grauitatē:pbiam quaſi maieſtatis im/
perij inimicā:⁊ nobiliora ingenia veri/
tus:ſe conſilijs ſubdidit hiſtrionū. Cū
vō eſſet oīm auariſſimus:adeo vt nulli
quodcūqȝ officiū delegaret qn pſeque
retur:noſti quid mihi opus eſt:aut illō
ſubijceret:qui oībus preeſt:oībus idi/
get:tn̄ hiſtrionibus ⁊ mimis pecunias
infinitas erogare non grauabat.Sin/
gulos put quibuſqȝ placuerat:ampliſ
ſime dignitatis noīe ſublimabat:alios
patricios:alios ſenatores dicens hos
illuſtriū ſpectabiliū vhe noīb⁹ illuſtra/
bat.¶ Tertiū ſignū pter qđ timenda
ſunt mala futura dr̄ portentoꝝ frequē/
tatio.Qn̄ multiplicant prodigia ⁊ oſtē
ta ſolent ſequi proditiōes ⁊ mala. Un̄
Plinius lib.ij.de naturali hiſtoria ſcri/
bit:ꝙ anno anteꝙ craſſus occideret a
parthis:ferrum pluit in lucanis:⁊ oēs
lucani milites:quoꝝ numerus multus
erat:in illo exercitu fuerunt ceſi. Reci/
tat Oroſius ꝙ anno ab vrbe ɔdita qua
dringenteſimo octogeſimo:ſanguis de
terra e multis fontibus ſcaturijt:pro
malo quod ſecutū eſt qn̄ ſequenti anno
terribilis peſtis romanos inuaſit. Idē
Oroſius refert:ꝙ anno ab vrbe cōdita
quadringenteſimo octogeſimoſexto di
ra pdigia viſa ſunt rome. Edes ſaluſ
ictu fulminis diſſoluta eſt.Apud phor
mias multis ictibus fulminum menia
vndiqȝ combuſta ⁊ diſſoluta ſunt.Se/
quenti anno Semproni⁹ conſul aduer/
ſus picētes exercitū duxit. Triſte adeo
Pꝛima rō dꝛ poteſtatis quā ponit Bona. di. ij. j. q. j. argu endo pro parte quam tenet dicens: Stat enim iſta ꝙ de us ſit oīpotentiſſimus: ergo poterit facere ꝙ oīs alia potētia a ſua nihil poſſit. Ergo ſi ſunt duo dij diuerſi in natura: hoc pōt vnus facere de alte

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ro ꝙ alter nihil poſſit: ⁊ ecōuerſo. Sed
cui potētia pōt auferri non eſt deus: er-
go nō ſunt duo nec plures dij. Hāc rō-
nē tāgit Lact. in. j. li. diui. inſti. dicens:
Sit igit̄ nr̄i opis q̄ſtio illa ꝯn̄s atq̄ ſe-
cūda. Utrū ꝑtāte vnius dei mūdus re-
gat̄ an ne multoꝝ. Nemo eſt q̄ deū ſapi-
at: rōnēq̄ ſecū putet: q̄ nō vnū eſſe in-
telligat: q̄ ⁊ condiderit oīa: ⁊ eadē qua
condidit v̄tute moderet̄. Quid em̄ mul-
tis opus eſt ad mūdi regimē ſuſtinēdū:
niſi forte arbitremur: ſi plures ſint mi-
nus hr̄e ſingulos neruoꝝ atq̄ virium.
Qd̄ q̄dē faciūt hi q̄ eſſe multos volunt:
q: neceſſe eſt imbecilles eſſe. Si q̄dē ſin-
guli ſine auxilio reliquoꝝ tante mollis
gubernaculū ſuſtinere nō poſſent. De9
aūt q̄ eſt eterna mens ex oī vtiq̄ parte
ꝑfecte cōſummateq̄ virtutis eſt. Qd̄ ſi
verū ſit: vnus ſit neceſſe eſt. Ptās enim
vel virtus abſoluta retinet ſuā ꝓpꝛiam
firmitatē. Id aūt ſolidū eſt exiſtimandū
cui nihil decidere. Id ꝑfectuꝫ: cui nihil
poſſit accedere. hec ille.

¶ De ſecunda ratione theologoꝛum ſci-
lꝫ charitatis ad oſtendēdā dei vnitatē.

SEcūda ratio ad vnitatē dei
oſtēdendā ē̄ charitatis que
ponit̄ ab eodem Boñ. vbi. ſ̄.
Nam ſi ſunt duo dij diuerſi
quoꝝ vterq̄ eſt ſummū bo-
num: aut vnus diligit alterū vt diligē-
dus eſt: aut nō. Si ſic cū vterq̄ ſit ſum-
mū bonum: vterq̄ diligēdus eſt amoꝛe
fruitionis. Ergo vterq̄ fruit̄ altero. Sꝫ
qui fruit̄ a lio bono a ſe indiget illo: er-
go vterq̄ eſt indigēs: ergo neuter deus
Si vn9 nō diligit aliū: ergo nullus de9.

¶ De tertia ratione theologoꝛum ſcilicꝫ
infinitatis intellectus ad oſtendendaꝫ
dei vnitatem.

TErtia rō ē̄ intellectus infi-
nitatis. Hāc ponit Scotus
di. ij. ⁊. j. q. iij. di. Quia intel-
lectus diuinus eſt infinitus
intellectus diuinus cogno-
ſcit quodcūq̄ intelligibile ꝑfectiſſime
quātū eſt itelligibile in ſe. Si ſunt duo
dij ſint A ⁊ B. A ergo cognoſcit B perfe-
ctiſſime quātū B eſt cognoſcibile. Sed
hoc eſt impoſſibile: q: aut cognoſcit B
ꝑ eſſentiā B: aut nō. Si non. ⁊ B eſt co-
gnoſcibile ꝑ eſſentiā: ergo nō cognoſcit
B ꝑfectiſſime quātū B. ſ. eſt cognoſcibi-
le. Nihil em̄ cognoſcibile per eſſentiam
perfectiſſime cognoſcitur niſi cognoſca-
tur per eſſentiā ſuā: vel per aliquid per-
fectius includēs ipſam eſſentiam: ꝙ ſit
ipſa in ſe. Eſſentia aūt B nullo perfecti-
us includitur ꝙ in B: q: tūc B nō eſſet
deus. Si aūt cognoſceretur B ꝑ eſſen-
tiam B: ergo actus ipſius A eſt poſteri-
oꝛ naturali eēntia ipſius B. Et ita A nō
erit deus. Qꝫ actus ipſius A ſit poſteri-
oꝛ ipſo B ꝓbo. Quia oīs actus cogno-
ſcendi: qui nō eſt idē obiecto eſt poſteri-
oꝛ obiecto. Neq̄ em̄ pꝛioꝛ neq̄ ſimul na-
tura erit actus cū obiecto alio ab actu:
q: tunc actus poſſet intelligi ſine obie-
cto ſicut econuerſo.

¶ De quarta rōne theologoꝝ. ſ. bonita-
tis ad oſtendendā dei vnitatem.

QUarta rō ē̄ bonitatis. Hec
eſt Tho. li. j. cōtra gētiles. c.
xlij. vbi ait: Impoſſibile eſt
eſſe duo ſumme bona: q: qd̄
ꝑ ſupabundātiam ē̄ vni ſoli
conuenit: ſed deus eſt ſummum bonuꝫ:
ergo eſt vnus ſolus.

¶ De q̄nta rōne theologoꝝ. ſ. cauſalita-
tis ad oſtendēdā dei vnitatem.

QUinta rō ē̄ cauſalitatis q̄
ponit̄ a Petro de aq̄la di. ij.
pꝛimi. Dicit em̄ ſic. Ponat̄
ꝙ ſint duo dij: ⁊ vnus velit
Petrū ꝓducere: ⁊ alius nō.
Aut Petrus ꝓducet̄ aut non. Si ſic: ḡ
ille q̄ nō vult nō erit deus. Si nō: ergo
ille q̄ vult nō erit deus. Si dicas ꝙ pe-
pigere pacta: ⁊ ita ſunt cōcoꝛdes nō va-
let: q: eiuſdem effectus nō pn̄t eſſe due
cauſe totales in eodē oꝛdine cauſe: ſed
infinita potētia eſt cauſa totalis effect9
in rōne cauſe pꝛime: ergo ⁊c.

¶ De cognitione vnius dei ex gētilium
⁊ philoſophoꝝ confeſſione.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quartus modus quo pbamus ꝙ deus eſt vnus dr̄ gẽtiliũ ꝛ pboꝝ cõfeſſio. Dicit enim Lact. lib. j. diui. inſti. Poete q̄uis deo carminibus ornauerint: ꝛ eoꝝ res geſtas amplificauerint ſummis laudibus: ſepiſſime tñ cõfitent̄ ſpũ vel mẽte vna cõtineri regicꝫ oia. ꝛ Aug. li. viij. de ciui. dei inducit Platonẽ q̄ ait: Deus eſt vnus verus ꝛ optimus q̄ cũcta pcellit. ꝛ Ariſto. viij. phyſ. Vnũ inq̄t mouẽs magis q̄3 multa oportet exiſtere. ꝛ in. xij. meta. Unus inq̄t dñatus ꝛ vnus princeps. ꝛ Lactã. li. j. diui. inſti. poſtq̄3 enumerauit opiniões Thaletꝭ mileſij Pythagore: Anaxagore: Antiſthenis: Cleãtis: Chriſippi ꝛ Zenonis: q̄ de deo varia ſunt locuti: ꝯcludit dicẽs: Hoꝝ tñ ſnia q̄uis ſit inſerta: eodem tamen ſpectat vt prouidẽtiã eſſe vnam conſentiant.

¶ De cognitione vnius dei ꝛ idolatrarum ſuperſtitione.

Quintus modus quo probamus ꝙ deus eſt vnus: dicit̄ idolatrarũ ſupſtitio. Nam idolatre q̄ deos multos ſibi ꝯfecere: ſupſtitioſe quidẽ ad talẽ deuenerũt inſaniã. Nã vt inq̄t Tho. ij. ij. q. xciiij. ar. iiij. Aliq̄ nõ ꝯſiderantes deũ: ſed admirãtes pulchritudinẽ ꝛ virtutẽ creaturarũ ipſas p deo ſunt venerati. De q̄bus Sap. xiij. c. ſic ſcribit̄: Uani ſunt oẽs hoĩes in q̄bus nõ ſubeſt ſciẽtia dei. Et de his q̄ vident̄ bona nõ potuerũt intelligere eũ qui eſt: necꝫ operibus attẽdẽtes agnouerũt q̄s eſſet artifex: ſed aut ignẽ: aut ſpm̃: aut citatum aerem: aut gyrum ſtellarum: aut nimiã aquam: aut ſolem ꝛ lunam rectores orbis terrarum deos putauerunt: ꝛ Euſebius pamphili li. j. de euangelica preparatione inquit: Diodoꝝ de prima hoim theologia ſcribentem audiamus. Egyptos ferunt primos omnium: cum in celum oculos ſuſtuliſſent: motum ordinẽ ꝛ quantitates celeſtium corporum admiratos ſolem ac lunam deos putaſſe, Et ibi Plato ĩ cratillo ſic ſcribit ad verbum. Videntur mihi primi grecoꝝ eos ſolummodo deos putaſſe: quos etiam nunc multi ex barbarris colunt ſolem: videlꝫ atcꝫ lunam tellurẽ ſtellas atcꝫ celum. Nam cum ipſa cernerent thein ſemper: hoc eſt currere atcꝫ reuolui ab hac ipſius thein natura. theos. i. deos appellarunt. Nonnulli vo moti ſunt ppter inordinatam affectionem ad ſuos. Et cum defuncti eſſent: ſtatuas in eoꝝ memoriã dedicauerunt. Quas cum famuli ad complacentiã dñoꝝ ſalutare venerarícꝫ cepiſſent mox demones illas ingreſſi: reſpõſa dare ceperũt. Quare et ſtatuis diuinis honoꝛ eſt conſecratus. Unde Iſid. li. x. etym. refert: ꝙ a Nino orta ſunt idola: modo qui ſequit̄. Mortuo ſiquidẽ Belo patre eius: Ninus in ſolacium doloris fieri fecit imaginẽ patris ſui cui multam exhibebat reuerentiã. Proinde hoĩes regionis ſibi blãdiri volẽtes: diuinos honores imagini exhibere ceperũt. Hoc exemplo plures charis ſuis mortuis imagines ceperũt dedicare. Et ſicut ab idolo Beli cetera traxerunt originem: ſic ab eius noĩe nomina generaliter acceperũt. Sicut eñi Belus dictus eſt ab aſſyrijs: ſic ꝛ alie nationes ſm idiomata ꝛ linguarũ varietates alie beel: alie bel: alie baal: alie beelphegor: alie beelzebub: eoꝝ idola vocauerunt. Quos itacꝫ pagani deos dicebãt hoĩes fuiſſe mõſtrant̄: ꝛ p vniuſcuiuſcꝫ vita vel meritis apud ſuos coli ceperũt Ut apud egyptios iſis: apud cretã iupiter: apud mauros iuba: apud latinos faunus: apud romanos quirinus: apud athenienſes minerua. In quoꝝ laudibus acceſſerunt poete: qui eos in celum compoſitis carminibus extulerũt. Sũt ꝛ alia multa que nos breuitatis cauſa dimittimus. Igitur vt ſcribitur ex̄ de ſumma tri. ꝛ fi. catho. c. j. Firmiter credimus ꝛ ſimpliciter confitemur ꝙ vnꝰ ſolus eſt verus deus: eternus: immenſus: ꝛ incõmutabilis ꝛc.

¶ De trinitate pſonali. Cap. iij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE altiſſima trinitate amodo dicendū erit. Qm̄ lȝ vnā veraciter dei ꝯfiteamur naturā vnāq̄ȝ ſubſtātiā: tñ tres in diuinis ꝑſonas fideliter ꝓclamamus. Ad cuius rei plenioꝛē habendā noticiā: q̄nq̄ȝ de ipſa ineffabili trinitate occurrunt conſideranda.

Pꝛimū ḋr naturalis cognitio.
Scđm ſcripture ꝓnūciatio.
Tertiū ſupna reuelatio.
Quartū ꝑſonarū terminatio.
Quintū fideliū obligatio.

¶ De cognitione trinitatis diuinarum perſonarum.

PRimū qđ cōſiderādū occurrit de trinitate ḋr naturalis cognitio. Ubi vidēdum eſt vtrū ꝑ rōnē naturalē poſſit cognoſci trinitas ꝑſonaruȝ diuinarū? Et reſpōdet Alex.in.j.ſum.ꝛ Tho.j.parte.q.xxxij.ar.j. ꝙ impoſſibile eſt ꝑ rōnē naturalē ad cognitionē trinitatis venire: q: hō ꝑ rōnē naturalem in cognitionē dei venire non pōt niſi ex creaturis. Creature aūt ducūt in dei cognitioneȝ ſicut effectus in cauſam. Hoc ergo ſoluȝ rōne naturali pōt de deo cognoſci: qđ cōpetere ei neceſſe ſit ſm qđ eſt oīm entiū pꝛincipiū. Uirtus aūt creatiua dei eſt cōis toti trinitati. Uñ pertinet ad vnitatē eſſentie: nō ad diſtinctionem ꝑſonarū. Per rōnē ergo naturaleȝ cognoſci poſſunt de deo ea q̄ ꝑtinēt ad vnitatē eſſentie: nō aūt ea q̄ ꝑtinēt ad diſtinctionē ꝑſonarum. Qui aūt ꝓbare nitit̄ trinitatē ꝑſonarū naturali rōne: fidei ḋr derogare. Pꝛimo q̄dē quantum ad dignitatē ipſi⁹ fidei que eſt: vt ſit de rebus inuiſibilibus: q̄ rōnē humanam excedūt. Scđo quantū ad vtilitatē trahendi aliquos ad fidē. Cū em̄ aliq̄s ad ꝓbandū fidē inducit rōnes q̄ nō ſunt cogentes: cedit in deriſionē infideliū: q̄ credūt ꝙ hmōi rōnibus innitamur: ꝛ ꝓpter eas credamus. Jō dicit Hilarius li. de trini. Nō putet hō ſua intelligētia ſacramentū generationis ꝛ ꝓceſſionis ſe poſſe conſequi. Et Diony. li. de diui. no. Nō eſt inquit audiēdū dicere aliq̄d nec cogitare de ſupſubſtantiali occulta diuinitate: ꝓter ea q̄ diuinitus nobis ex ſacris eloquijs ſunt expꝛſſa. Notandum tñ ſm Landul. in.j.di.iij.q.vi.ar.iij.concluſ.iij. ꝙ poſſumus ꝑ imagines venire in cognitionē trinitatis in diuinis: non tñ ſuppoſitoꝝ ſed ꝑfectionū: vt arguit̄ ſic. Oīs ꝑfectio q̄ eſt ī nobis eminētius eſt in deo. Jſta ꝓcedit̄ a pħo q: cōcederet ꝙ ſpēs ſuperioꝛ contineret virtualiter oēm perfectioneȝ inferioꝛis remota impꝫfectione. Sed ꝑfectionis eſt in nobis mens: noticia ꝛ amoꝛ: ergo arguit̄ eſſe in deo. Jſtud acceptat̄ a pħo qui in xij. meta. ait: ꝙ ī deo eſt ſummus ītellectus: ꝛ ſummū intelligere: ꝛ ſumma voluntas: ſumme voluptuoſa.i.gaudioſa. Ubi cōmētatoꝛ cōmento.xxxvij.pꝛobat ꝙ in deo eſt intellect⁹ ꝛ volūtas ꝛ actus eoꝝ q̄uis nō ꝑ additā rē vel intentionē. Hoc idē dicit in fine cōmēti.xxxvj. qui in deo eſt trinitas perfecta. Sed dicit ꝙ hanc trinitatē putauerūt xp̄iani eſſe trinitatem ſuppoſitoꝝ: ꝛ illud ipſe negat: ſed male negat. Hoc dicit Aug.vij. cōfeſſionū fuiſſe de mēte Platonis. ꝛ x. de ciui.dei.c.iij. fuiſſe de mēte Poꝛphyrij. Cōcludendū ergo ſm Tho.vbi.ſ.ad j. ꝙ pħi nō cognouerūt myſterium diuinarū ꝑſonarū per ꝓpꝛia q̄ ſunt paternitas filiatio ꝛ ꝓceſſio. iuxta illud apli.j. ad Coꝛ.ij. Loquimur dei ſapiētiā: quaȝ nemo pꝛincipū huius ſeculi cognouit.i. pħoꝝ ſm glo. Cognouerūt tñ quedam attributa que appꝛopꝛiantur perſonis: ſicut potentia appꝛopꝛiatur patri: ſapiētia filio: ꝛ ſpiritui ſctō bonitas. Si ḣo aliquis q̄reret. Ad quid eſt ergo neceſſaria cognitio trinitatis: ſi humana rōne cognoſci nō pōt. Reſpōdet Tho.vbi.ſ. ad.ij. ꝙ talis cognitio neceſſaria eſt nobis dupliciter. Uno modo ad recte ſentiendum de creatione rerū. Per hoc em̄ ꝙ dicimus deū omnia feciſſe verbo ſuo excluditur erroꝛ: ponentium deum pꝛoduxiſſe res ex neceſſitate nature. Per h̄

ſiſt ꝙ ponimus in eo proceſſionē amo=
ris oſtenditur ꝙ deus nō ꝓpter aliquā
indigentiam produxit creaturas: neqꝫ
propter aliquam cauſam extrinſecā: ſed
propter amorem ſue bonitatis. Secun=
do fuit neceſſaria cognitio trinitatꝫ ad
recte ſentiendum de ſalute generis hu=
mani: que perficiꝉ per filiuꝫ incarnatū.
¶ Secundum qd̄ conſiderandū occur=
rit de trinitate dicitur ſcripture prenun
ciatio. In veteri nāqꝫ lege ſepius plura
litas perſonarum eſt preſignata. Nam
ſcribitur Geñ. j. In principio creauit de
us celum ⁊ terram: ſm̄ Nico. de lyra he
braica veritas habet. In principio he=
loim creauit celum ⁊ terraꝫ. Heloim au
tem eſt plurale huius nominis Hel. ſi=
cut patet ſcientibus proprietates idio=
matis hebrei. Per hoc autem ꝙ nomen
plurale diuinum coniungitur cum ver
bo ſingularis numeri: cum dicitur crea
uit heloim: ac ſi diceretꝉ creauit dij: oſtē=
dit ſcriptura ꝙ in deo eſt aliqua plura
litas in vnitate eſſentie. Et talis modus
frequentiſſime in veteri teſtamento in=
uenitur. Sed contra hoc reſpondent iu
dei dicentes: ꝙ hoc nomen heloim quā
do ponitur pro deo improprie dicitur: ⁊
indifferenter accipitur pro ſuo plurali
⁊ ſingulari. Quando auteꝫ de deo vero
dicitur ſemper accipitur ī ſingulari. Et
ſic ſumitur in propoſito: quando dicitꝉ:
In pn̄cipio creauit heloim. i. deus. Ad
quam ſolutionem infringendam argu=
it Nico. de ly. ex tex. ſacre ſcripture. Qꝛ
hoc nomen heloim quando ponitur ꝓ
deo: ⁊ alia nomina diuina dicuntur fre
quenter de deo vero in plurali. Qd̄ ptꝫ
manifeſte: qꝛ coniungitur cum adiecti=
uis pluralis numeri. Unde Ioſue vlti.
dicitur: Non poteſtis ſeruire domino:
qꝛ dn̄s ipſe ſanctus eſt. Hebraica veri=
tas habet ſic. Non poteſtis ſeruire dn̄o:
quia heloim ſancti ipſe eſt. Iteꝫ Hiere.
xxiij. c. Peruertiſtis verba dei viuentis
domini exercituum dei veſtri. Hebraica
veritas ſic habet. Peruertiſtis verba he
loim viuentium domini. Et notandum
ꝙ ibi ponitur nomen dei thetragrāma
ton: cum dicitur in autoritate premiſſa:
domini exercituum. Ubi enim habemꝰ
domini in hebreo ponitur nomē domi=
ni thetragrāmatō: quod ſignificat diui
nam naturam ſm̄ ſuas proprietates: in
trinſecas: abſqꝫ reſpectu a dextra. Et ſic
patet ꝙ intrinſecis diuinitatis eſt ali=
qua pluralitas per pluralitatem imme
diate precedentem: cum dico in autori=
tate. Peruertiſtis verba heloim. i. deoꝝ
viuentium. Et coniungitur iſta plura=
litas nomini dei thetragrāmaton cum
immediate ſubditur: Dn̄i exercituū ⁊c.
Et ſic patet per hec ꝙ in vnitate diuine
eſſentie eſt aliqua pluralitas cum ſum=
ma ſimplicitate. Qd̄ nō eſt in alijs: quia
ſemper vbi ſcriptura ponit aliquid de=
notans pluralitatē perſonaruꝫ: ibidem
oſtendit eſſentie vnitatē. Itē Eſa. liiij.
ſcribitur ſic. Dn̄abitur tui qui fecit te.
Dn̄s deus exercituum nomen eius. Ue
ritas hebraica ſic habet. Dominatores
tui: factores tui: dn̄s exercituuꝫ nomen
eius. In hac autoritate vbi poniꝉ deus
exercituū nomen eius: poniꝉ nomē dei
thetragrāmaton. Et ideo pōt argui ſi=
cut ex precedenti. Similiter hoc nomen
heloim frequenter ꝯiungitur cū verbo
pluralis numeri. Uerbi gratia. ij. Reg.
vij. c. dr̄: Que eſt gens vt ppl̄s iſrl̄ in ter
ra ꝓpter quā iuit dn̄s vt redimeret eaꝫ
ſibi in ppl̄m. Hebraica veritas habet.
Iuerunt heloim. Fuit adhuc a prophe=
tis alio modo prenunciata trinitas per
ſonaruꝫ. Unde pſ̄. xliiij. dicitur: Sedes
tua deus in ſeculum ſeculi: virga dire=
ctionis virga regni tui. Propterea vn=
xit te deus deus tuus. ſm̄ Nicolaum de
lyra ſuper primo capitulo ad Hebreos.
in hac autoritate exprimitur chriſtus
tanqꝫ deus vnctus: quia in humani=
tate vnctus eſt plenitudine gratie. Ex=
primitur per hoc deus vngens tanqꝫ
perſona diſtincta ab ipſo vncto: quia
ſcriptura de ipſo vngendo loquitur tā=
qꝫ de alia perſona. Inſuper ex par=
te dei vnguentis duplicatur hoc nomē

deus: cũ dicitur: Unxit te deus de9 tu9: ad denotandũ perſonã patris et ſpiritusſancti. Sed moderni iudei exponũt hunc pſ̃ de Aſuero: ⁊ dicũt ꝙ iſte pſ̃ factus eſt a Mardocheo. Sed hoc patꝫ falſum. Primo quia non intitulatur a Mardocheo ſicut aliqui pſalmi intitulantur ab Aſaph qui eos fecit: vt patet in titulo pſalmi. xlix. ⁊ in pluribus alijs locis. Iſte aũt pſalmus intitulaꝛ a David: vt pꝫ in hebraico. Hoc etiam pꝫ per litteraꝫ pſalmi ſequentis: quia iſte rex de quo eſt pſalmus habetur tanꝙ̃ deus adorãdus. ſm ꝙ ibidem dicitur: Cõcupiſcet rex decorẽ tuũ: quia ipe eſt dñs deus tu9: ⁊ adorabũt eũ. Si auteꝫ iſta verba dicantur de Aſuero rege: ſequitur ꝙ Mardocheus ĩduceret totũ populum: ⁊ ipam Heſter: ad quam dirigunꝛ verba premiſſa ſm expoſitionem eorum: ad adorandũ Aſuerũ ſicut deũ. Quod manifeſte patet falſuꝫ: qꝛ in eodem libro dicitur ꝙ noluit flectere genu coram Aman: ne honorẽ dei trãſferret in hominẽ. Hoc etiam pꝫ per trãſlationem chaldaicam ſuper pſalmũ iſtuꝫ que autẽtica eſt apud hebreos. Ubi em̃ in hoc pſalmo. xliiij. habem9 ſic. Speciosus forma pre filijs hominũ diffuſa eſt gratia in labijs tuis: chaldaicum ſic habet. Pulchritudo tua meſſia maior ꝙ̃ filiorꝫ hominuꝫ: datus eſt ſpũs prophetie in labijs tuis. Sic ergo patꝫ ex predictis ꝙ autoritas que hic inducitꝛ de illo pſalmo ad litteraꝫ intelligiꝛ de xp̃o. Item oſtenditur pluralitas perſonaruꝫ in pſ̃. cix. Dixit dñs dño meo ⁊c. qui ad litterã de xp̃o eſt intelligendus. Sed iudei aliqui dicũt ip̃m debere intelligi de Abraam: ⁊ ꝙ Eliezer eius diſpenſator fecit illum ad reddendũ gratias deo de victoria quã habuit Abraã cõtra illos reges q̃ captiuauerãt Loth nepotem ſuũ. ſm ꝙ habetur Geñ. xiiij. c. Sed hoc patet falſum ex titulo pſalmi: quia nõ intitulatur ab ip̃o Eliezer ſed a David. Ideo dicunt alij ꝙ eſt factus a David: non tñ loquitur de xp̃o: ſed de angelo ſuo. Ut ſit ſenſus. Dixit dñs domino meo: id eſt angelo me cuſtodienti. Sed hoc patet falſum: qꝛ infra dicitur: Tu es ſacerdos in eternum. Sacerdotium vͦ non cõpetit angelis. Ideo ſm Nico. de lyra ſuper epiſtolam ad Hebreos dicendum ꝙ ad litterã eſt pſalmus fact9 a David loquẽs de xp̃o. Et hoc per tranſlationem chaldaicam: quia vbi nos habemus. Dixit dominus dño meo: chaldaicum ſic habet. Dixit dñs verbo ſuo. Item ex illo quod ſequitur. Ex vtero ante luciferũ genui te: qͦd nõ poteſt alicui cõpetere niſi filio dei. Et per has conditiones ꝙ dicitur hoc verbũ dei: ⁊ ex vtero ⁊ dei ſubſtãtia: oſtẽditur vnitas eſſentie: qꝛ diuinitas plurificari non poteſt. Per hoc enim ꝙ dicitur genitus de ſubſtantia dei: oſtẽditur diſtinctio pſone: quia nulla res gignit ſeipſam. Similiter per hoc ꝙ dicitur ſede ad dexteram dei. Una em̃ pſona non poteſt ſedere ad dexteram ſuipſius. Inſuper oſtenditur pluralitas pſonarũ Eſaie. xlviij. vbi dicitur: Non a principio in abſcondito locutus ſuꝫ: ex tempore anteꝙ̃ fierent ibi erã. Et nũc dominus meus miſit me et ſpũs eius. Iſta ſunt verba dei loquentis. Qͦd pꝫ ex textu precedenti et ſilr ex hoc qͦd immediate ſubditur. hec dicit dñs de9 redẽptor tuus ſanctus iſrael. In hac autoritate loquitur de datione legis: que data fuit in manifeſtato: ⁊ de die ⁊ audiente omni populo vocem dei loquentis: vt habetur Exodi. xix. ⁊ xx. c. Et hoc eſt quod dicit: Non a principio locut9 ſum in abſcõdito. i. ip̃a lex fuit data. Et immediate ſubdit. Et nunc dñs me miſit me ⁊ ſpũs ei9. Hic de9 dicit ſe miſſuꝫ a deo ⁊ a ſpiritu eius. Nunc autẽ eſt ita ꝙ inter mittenteꝫ ⁊ miſſum debet eſſe ſemidiſtinctio pſonalis: quia trinitas perſonarum eſt in diuinis ſcꝫ miſſi dei mittentis: et ſpiritus eius. Deum autẽ miſſum dicimus filium incarnatũ: deũ mittentem patrẽ: ⁊ ſpiritum eius ſpiritũſanctũ. Adhuc prenunciata fuit trini

tas perſonarum diuinarũ. Eſa.vi. vbi dr: In anno quo mortu⁹ eſt rex Ozias vidi dñz ſedentẽ ſup ſoliũ excelſuz ⁊ eleuatũ: ⁊ ea q̄ ſub ipo erãt replebãt templũ. Seraphin ſtabãt ſup illud. ſex ale vni: ⁊ ſex ale alteri. Et infra. Clamabãt alter ad alterũ. Sanctus: ſctũs: ſanct⁹ dñs deus exercituũ. Plena eſt oĩs terra gloria ei⁹. Et in pš.lxvi. dr: Bñdicat nos deus deus noſter: benedicat nos deus. Ubi ter hoc nomen de⁹ replicat. ¶ Tertiũ quod occurrit conſiderandũ circa trinitatẽ dr: ſupna reuelatio. Nã in noua lege vt dixit Alex.in.i.ſumme. manifeſtata eſt trinitas perſonarũ: nõ ſolũ ſm nũerũ ⁊ diſtinctionẽ: ſed etiã ſm originẽ ⁊ ꝓprietatẽ: que pſona prima a nullo eſt pater: ⁊ ſecũda genita filius: ⁊ tertia ſpũſſanctus. Uñ Johã.i. cano.c.v. Tres ſunt qui teſtimoniũ dãt in celo: pater verbum ⁊ ſpũſſanct⁹: ⁊ hi tres vnũ ſunt. Itẽ xps dixit Mat.vlti. Euntes docete oẽs gentes baptizãtes eos in noĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſcti. Iterũ ĩ baptiſmo xps apparuit ĩ aſſumpta carne: pater in voce: ſpũſſanctus in colũbe ſpecie: vt pz Luce.iij. Et Mat. xvij. pater apparuit ĩ voce: fili⁹ ĩ aſſumpta humanitate: ⁊ ſpũſſanct⁹ in nube. Sciendũ aũt hic ſm Alex.in.i. ſum.q. lxxiiij.mẽ.iiij. ꝙ apparitio aliqñ dr manifeſtatio in aliquo effectu intelligibili oblato intellectui. Et ſic ſumit Sap.i. vbi dr: Apparet aũt his qui fidẽ habẽt in illũ. Aliqñ vo dr manifeſtatio in aliqua ſimilitudine corporali oblata imaginationi. Et hoc modo dr angelus apparere in ſomnis Mat.ij. ⁊ etiam ipſe dñs danieli Dañ.vij. Aſpiciebam in viſiõe noct̃. Et Salomoni.iij. Regũ.iij. Tertio modo dr apparitio manifeſtatio in aliquo ſigno ſenſibili repſentato ſenſui ſiue illud ſignũ ſit viſibile ſiue ſit audibile. Et hoc modo apparuit pater in nouo teſtamento. vt pz Mat.xvij. et Johan.xij. Quarto modo dr apparitio manifeſtatio facta in aliqua ſilitudine corporali ſenſibili oblata viſui. Et ſic viſitatio: i modo dicitur apparitio: et ſic dicitur ꝙ apparitio non ſolum dicitur manifeſtatio in ſigno viſibili: ſed etiam audibili. Si autẽ queratur: quare non apparuit ſpũſſanctus in aliqua voce ſiue ſigno audibili vl' etiã fili⁹ dicit Alex. vbi.s. ꝙ ↄgruitas fuit: vt ſicut erat diſtinctio in pſonis ita eſſet diſtinctio in ſignis exprimẽtib⁹ perſonas. Uñ filius apparuit in rationali creatura ſibi vnita vnitate perſone. Spũſſanctus in irrationali creatura non vnita ſibi vnitate perſone. Pater vo in voce tanꝙ in ſigno diſtincto ab vtroqꝫ. Sed quãdo ſpiritusſanctus ſol⁹ apparuit: tunc apparuit vtroqꝫ modo. ſ. in ſono tanꝙ in ſigno audibili ⁊ in linguis igneis tãꝙ in ſigno viſibili. ¶ Quartũ conſiderandũ dicitur perſonarũ terminatio. Sũt eñi in diuinis tres tñ pſone. Sz q̃daz arguũt ↄtra ſic. Quicquid eſt in deo eſt infinitũ: ſed numerus perſonarũ eſt in deo ergo infinitus: ergo infinite perſone. Ad hoc reſpondet Bonauentura in i.diſt.ij.q.iij. ꝙ cũ duplex eſt infinitas: ſcilꝫ numeralis ⁊ immenſitatis de⁹ eſt infinitus infinitate virtutis ⁊ immenſitatis: que eſt infinitas perfectionis: ⁊ ideo ponenda in deo. Infinitas autẽ numeralis: quia repugnat perfectioni a deo eſt amouẽda. Naz cũ deo ſit attribuẽdũ quod nobilius eſt: neceſſe eſt ponere perſonarũ finitatem. Primo rõne diſtinctiõis: quia in perſonis eſt diſtinctio: ergo non confuſio: ſed vbi eſt infinitas ſcilꝫ numeralis ibi confuſio. Secundo ratione ordinis: quia vbi eſt ordo ibi eſt terminatio. Nam vbi deficit terminatio: ibi deficit ⁊ mediatio: et ꝑ conſequens ordo. Sed vbi eſt terminatio nõ eſt infinitas: ergo ſi in perſonis diuinis eſt ordo non erit ibi infinitas. Dicim⁹ ergo ⁊ confitemur tres tñ perſonas in diuinis neqꝫ confundẽtes pſonas neqꝫ ſubſtantiam ſeparãtes: qꝫ vt dicit Athanaſi⁹. Alia eſt enim perſona patris: alia filij: alia ſpiritusſcti. Sz patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti vna eſt di-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uinitas: equalis gloria: coeterna maieſtas. Qualis pater: talis filiꝰ: talis ſpirituſſanctus. ¶ Quintũ quod erat conſiderandũ circa trinitatem diuinarum perſonarũ dicitur fidelium obligatio. Ubi videre debemus vtrũ credere explicite myſteriũ trinitatis ſit de neceſſitate ſalutis? Et reſpondet Tho. ij. ij. q. ij. ar. viij. ꝙ myſterium xp̄i explicite credi nõ poteſt ſine fide trinitatis: q: in myſterio xp̄i hoc continet ꝙ filius dei carnẽ aſſumpſerit ꝙ ꝑ grãm ſpũſctĩ mundũ renouauerit: ꝛiterũ ꝙ de ſpũſancto conceptus fuerit. Et ideo eo modo quo myſteriũ xp̄i ante xp̄m fuit quidẽ explicite creditũ a maioribus. implicite aũt ꝛ quaſi obumbrate a minoribꝰ ita etiã ꝛ myſteriũ trinitatis. Poſt tp̄s autem gratie reuelate tã maiores ꝙ̃ minores tenẽtur habere fidẽ explicitã de myſterijs xp̄i: precipue quantũ ad ea que cõmuniter in eccleſia ſolennizantur ꝛ publice. Ita etiam poſt tp̄s gratie diuulgate tenentur oẽs ad explicite credendũ myſteriũ trinitatis. Quare erigamꝰ oculos mentis noſtre: ꝛ deũ benedictũ colamꝰ honore debito: vt ſic digni efficiamur grã eius: ꝑ quã tandẽ adipiſcamur eternam gloriam eius. Amen.

¶ De honore et reuerentia deo exhibẽdis et debitis. Sermo. xix.

ORant grauiter circa cultũ dei xp̄iani qui tanto ſunt reprehenſibiliores: quãto veritas eis eſt magis nota. Omnis vtiqꝫ natio magis reuerẽter deos falſos colit: ꝙ̃ xp̄ianus populus deum regem celi. Iccirco vt deus nobis propitiꝰ ꝛ miſericors fiat: de honore ſibi debito in hoc ſermone dicemus. In quo triplex honor diſtinguendus eſt.

Primus conſiſtit in ſacrorum locoꝝ veneratione.

Scḋs ĩ ſacraꝝ ꝑſonaꝝ exiſtimatiõe.

Tertius in ſacrarum cerimoniarum perſolutione.

¶ De p̄mo honore deo debito: q̈ ↄſiſtit in ſacroꝝ locoꝝ veneratione. Cap. i.

PRimus honor qui deo debetur conſiſtit in ſacroꝝ locorũ veneratiõe. Debẽt vtiqꝫ oẽs venerari loca ſacra deo dicata ita vt in eccleſijs vnuſq̈ſqꝫ ingrediatur: commoretur et exeat cum deuotione humilitate timore et reuerentia. Et hoc propter tria.

Primo ꝑpter dei maieſtatẽ.

Scḋo propter vtilitatem.

Tertio ꝑpter exemplaritatẽ.

¶ Primo debet vnuſquiſqꝫ venerari tẽpla dei propter eiꝰ maieſtatẽ. Nã vt dr̄ in pſ̄. x. Dñs in tẽplo ſctõ ſuo. Et Apoc. xxj. Ecce tabernaculũ dei cũ hominibꝰ. ¶ Sed poſſet aliquis obijcere ꝙ nõ ſit aliquis locus deputatus ad cultuz dei quia vt dr̄ Act. xvij. Deus qui fecit mũdũ ꝛ omnia que in eo ſunt: hic celi ꝛ terre cũ ſit dñs nõ in manu factis tẽplis habitat: nec in manibus humanis colitur indigens aliquo. Et. iij. Reg. viij. Salomon dixit: Si celum ꝛ celi celorũ te capere non poſſunt: quanto magis domus hec quã edificaui tibi? Ad hoc reſpondet Tho. i. ij. q. ciij. ar. i. ad. ij. et ij. ij. q. lxxxiiij. art. iij. ad. ij. arg. ꝙ ĩ adoratione dei ꝛ orationibus fiẽdis duo cõſiderari poſſunt. Aut deus qui colitur adoratur et oratur. Et ſic nõ eſſet aliq̇s locus ad adorandum neceſſarius. Aut cõſiderantur ip̄i homines colẽtes deũ. Et ſic determinatus locus eligitur ad adorãdũ nõ ꝑpter deũ q̈ adorat̃ quaſi loco concludatur: ſed ꝑpter ip̄os adorantes. Et hoc triplici ratione. Primo quidẽ ꝑpter loci cõſecrationem ex qua ſpiritualẽ deuotionẽ concipiũt orãtes vt magis exaudiant̃. Scḋo ꝑpter ſacra myſteria et alia ſanctitatis ſigna q̃ ibi continẽtur. Tertio propter concurſum multoꝝ adorantiũ: ex quo fit oratio magis exaudibilis. Sm̃ illud Mat. xviij. Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorũ. Ideo eccleſia ad diuinũ cultum deputatur,

Ecquo multipliciter nominaꝛ.ſ.baſili-
ca:templū:tabernaculū:eccleſia:et do-
mus dei. ¶ Primo dꝛ baſilica:vt habeꝛ
diſt.xlij.c.non opꝫ. Ubi dicit archidia-
conus ꝙ baſilica dꝛ palatiū regis. Ba-
ſileos eīn grece: latine rex interpretaꝛ.
Uñ baſilica dꝛ quelibet eccleſia: qꝛ pa-
latiū eſt ſummi regis: ⁊ regi regū in ea
miniſtratur. Quidā tñ dixerūt eccl'ias
epales tm̄ dici baſilicas qꝛ hmōi reges
conſueuerūt fundare ⁊ dotare ſm̄ Hu-
guitionē: Uel baſilica dꝛ a baſileo rege
grecoꝝ q̄ primo ſe fecit ſepeliri apud ec
cleſiā ſm̄ Iſidoꝝ. ¶ Scdo eccleſia dꝛ tē
plum. Et ſm̄ archidiaconū tēplū diciꝛ
quaſi tectū amplum: qꝛ popul⁹ ibi ſub
vnius tecti amplitudine cōtineꝛ: et ꝓ-
prie tēpla ſunt maiores eccl'ie. Uel tem
plū dꝛ a cōtēplando: qꝛ hoc ibi fieri dꝫ.
¶ Tertio diciꝛ eccl'ia. vt de ꝯſe. diſt. j. c.
eccleſia. Que interpretaꝛ collectio ſeu
conuocatio. Ubi dicit archidiacon⁹ ꝙ
ideo dicitur conuocatio: quia continet
populum conuocatū a deo. Ubi autē
conueniebat populus iudeoꝝ dicebaꝛ
⁊ adhuc dicitur ſynagoga q̄ interp̄taꝛ
congregatio: qꝛ ad verba legis q̄ aſpe-
ra erant ⁊ dura populus ille velut grex
pecoꝝ congregabatur. Sed in catholi-
cis adunatio dicitur eccleſia. i. conuo-
catio; vbi conuenit: qꝛ amore ſpiritus-
ſancti ad vnā fidē ⁊ premiū futuri ſecu
li vocatur. ¶ Quarto eccleſia diciꝛ ta-
bernaculum: quod eſt militare habita-
culum. Uñ Dauid in pſ̄. xlj. Tranſibo
in locum tabernaculi admirabilis vſqꝫ
ad domū dei. i. ab eccleſia militāte vſqꝫ
ad triūphantem. Quia eīn militia eſt
vita hominis ſuper terram: ideo eccl'ia
vbi adunatur populus militās non ha
bēs hic ciuitatē manentē: dꝛ etiā apte
tabernaculū. ¶ Quinto eccleſia dicitur
domus dei. vt pꝫ Iob. ij. ⁊ Mat. xxj. c.
⁊ de immu. eccle. c. decet domū dñi. lib.
vj. Unde. ij. Paral'. vij. poſt ꝯſtructionē
templi apparuit dñs Salomoni nocte
in tēplo ⁊ ait: Audiui orationē tuam: ⁊
elegi locum iſtū mihi in locū ſacrificij.

Si clauſero celū ⁊ pluuia nō fluxerit: ⁊
mādauero, ⁊ precepero locuſte vt deuo
ret terram: et miſero peſtilentiā in po-
pulū meū: conuerſus autem ppl's me⁹
ſuper quo inuocatū eſt nomen meum:
deprecatus me fuerit et exquiſierit fa-
ciem meā ⁊ egerit penitētiā a vijs ſuis
peſſimis: ⁊ ego exaudiā de celo ⁊ propi
tius ero peccatis eoꝝ: ⁊ ſanabo terram
eoꝝ. Oculi quoqꝫ mei erunt aperti: et
aures mee erecte ad orationē eius qui
in loco iſto orauerit. Elegi eīn ⁊ ſancti-
ficaui locū iſtū vt ſit nomen meū ibi in
ſempiternū: ⁊ permaneant oculi mei et
cor meū ibi cunctis diebus. Igitur cuꝫ
ſumma reuerentia quilibet in eccleſijs
adeſſe debet. Unde in prefato. c. decet
domū dñi. dicitur: Decet domū dñi ſan
ctitudo. Decet: vt cuius in pace factus
eſt locus: eius cultus etiā ſit cū debita
veneratione pacificus. Sit itaqꝫ ad ec
cleſias humilis et deuotus ingreſſus.
Sit in eis quieta conuerſatio: deo gra
ta: inſpicientibus placida. ⁊ Aug. xlij.
d. c. in oratorio. inquit: In oratorio p̄-
ter orandi ⁊ pſallendi cultum penitus
nihil agatur: vt nomini huic et opera
iugiter impenſa concordent. Sed vbe
mundo a ſcādalis: quia hodie in dei tē
plis nulla ſeruatur modeſtia: nulla ho
neſtas: nulla religio. Quinimo ibi abū
dant riſus: ioci: ſpectacula vana: ⁊ alia
ꝙplura nefanda. O pernicioſa conſue
tudo: o deteſtabiles mores chriſtianoꝝ
maloꝝ qui templa dei ita inhabitāt:
quaſi eſſent viliſſima lupanaria. ¶ Se
cūda ratio quare dei tēpla ſunt merito
veneranda eſt ꝓpter vtilitatē. In illis
nanqꝫ ſuſcipimus ſpiritualia beneficia
Ibi recipimus ſacramenta. Ibi ſepe-
limur poſt mortem reſeruantes corpo-
ra vſqꝫ ad generalem reſurrectionem.
Propterea inq̄t pſalmiſta. pſ̄. xlvij. Su
ſcepimus deus miſericordiam tuam:
in medio templi tui. Hinc eſt ꝙ eccle-
ſia fundatur cum preeminentia: quia
nullus eam edificare poteſt: niſi auto-
ritate dioceſani: qui debet ponere pri-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mariū lapidē: figere crucē: deſignare cymiteriū: ⁊ etiā petere dotē ſufficiētē aſſignari: ſine qua cōſecrari nō debet: vt pꝫ de cōſe. di. j. c. nemo. ⁊ c. placuit. Inſup eccl'ia cōſecrata nō debet reuerti ad ſecularē habitationē: et ꝓphanos vſus. xix. q. iij. c. que ſemel. ⁊ c. quoniā. ⁊ xvij. q. vlti. c. queſti. ⁊ ex̄ de religioſis domibus. c. ad hec. ¶ Tertia rō quare venerāda ſunt dominica templa: dr̄ exēplaritatis. Nō ſolū em̄ a ſanctis docemur exemplo vt veneremur dominica tēpla: ſed offerūt ſe gentiliū exēpla qui ſuoꝝ idolorum tēpla diligētiſſime honorare ſtuduerūt. Vn̄ Valerius li. j. rubrica de religione recitat qualiter Fabius qr queſtiones audiuit in tēplo dictaturā amiſit. Nam nulla melodia ⁊ nullus ſonus in tēplo eſſe debebat niſi ꝓ laude deorum. Iterū in rubrica de neglecta religione eodē libro. j. narrat: ꝙ quidā nomine Flaccus cēſor exiſtēs: a quodā tēplo qđ erat in ciuitate calabrie: tegulas marmoreas fecit remoueri: ⁊ romam in ꝓpria domo fecit portari. Propter quā cauſam demens fuit effectus. Inſuper duos filios perdidit. Qđ factū poſtmodum ſenatus retexuit ⁊ emēdauit: tegulas ad templū reportari iubēdo. Inſup ibidē ponit ꝙ quidā poſthumus noīe: a Scipione dū eſſet in aſia: romani pro militū erario ſiue ſtipēdio fuit miſſus. Qui dum in aſiā reuerteretur: proſerpine templū expoliauit theſauro. Qđ vt ſenatui fuit intimatū: ſtatim per ſenatum reuocatꝰ et in carcere clauſus fuit. In quo detentus anteꝗ̄ examinaretur ſua cauſa: crudeli morbo valde vtpote demēs ⁊ furioſus obijt: deaqꝫ proſerpina ſenatus edicto poſthumi ſibi confiſcatū theſaurū ſuū rehabuit. Iſti itaqꝫ ſuo mō mirā exhibere cōtēdebāt reuerētiā tēplis falſorū deorū. Quāto magis ⁊ nos reuerēter tractare debemꝰ tēpla dei. Nā ⁊ dn̄s ieſus xp̄s in nullo ita ſeuerus apparuit ſicut dū in tēplo inuenit vendētes et emētes: quorum mēſas euertit: proiecitqꝫ pecunias et flagello facto de funiculis eos eiecit a tēplo dicēs Eſa. lvj. Domus mea domus orationis vocabitur: vos aūt feciſtis eam ſpeluncam latronum.

¶ De ſecūdo honore deo debito in ſacrarū perſonarū exiſtimatione. Capl'm. ij.

Secūdus honor qui deo debetur cōſiſtit in ſacroꝝ perſonarū: ſcꝫ ſacerdotū exiſtimatione. Eſt em̄ ſacerdotalis dignitas excellētior quacūqꝫ dignitate tēporali. Qđ ꝓbare poſſumus tripliciter.

Primo ratione.
Scđo autoritate.
Tertio exēplo.

¶ Primo oſtēdimus ꝙ dignitas ſacerdotalis excellit oēm dignitatē tēporalē ratione que triplex eſſe poteſt.

Prima rō dr̄ ſignificationis.
Scđa inſtitutionis.
Tertia cōditionis.

¶ Prima rō dr̄ ſignificationis. Nā ſacerdos ſm̄ Iſidoꝝ lib. vij. etymol'. dr̄ quaſi ſacer dux: vel ſacra dās. Ratio aūt iſtiꝰ duplicis interpretationis ſm̄ Thom̄. in iiij. diſt. xxiiij. q. j. ar. iij. q. iij. ad. j. eſt: qꝛ per miniſteriū ſpūale ſacerdos eſt medius inter deū ⁊ populū. Nā ipſe diuina nūciat ⁊ miniſtrat populo: ⁊ vota populi offert deo. Dicit etiam ſacerdos quaſi ſacra dās. Sacra autē dare pōt aliquis duobus modis. Vel auxiliando: vel ſacramēta diſpēſando. Primo modo quilibet iuſtus inquantū ſacra ſua merita dat vel cōicat alijs auxiliādo interpretatur ſacerdos. Scđo modo nomen ſacerdotis eſt inſtitutū: ad ſignificandū eum qui ſacra dat in ſacramētorū diſpēſatione. Et ſic ille qui eſt in gradu ordinis conſtitutus dicitur ſacerdos. Ob id in ſcripturis ſacerdotes nominātur aliquando dij: aliquādo angeli: vt dicitur xj. q. j. c. ſacerdotibus. Unde ⁊ ad Moyſen de eo qui ad iuramentū deducēdus eſt dicitur: Applica illū ad deos: ideſt ſacerdotes. Et rurſus ſcriptū eſt: Dijs nō detrahes: ideſt ſacerdotibus, ⁊ prohera

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ait Malach.ij. Labia ſacerdotis cuſto-
diũt ſcientiã: ideſt iuſticiã: ⁊ legẽ requi-
rũt ex ore ei⁹: qꝛ angelus dñi exercituũ
eſt. ❡ Scḋa ratio oſtendẽs ſacerdotalẽ
dignitatẽ: ḋr inſtitutionis. Nã ſacerdo-
tiũ preceſſit legẽ ſcriptã: qꝛ in veteri
teſtamẽto primus ſacerdos qui iubẽte
dño victimas obtulit Melchiſedech: ſi
cut pꝫ Gen.xiiij. Demũ per ſacerdotẽ iu
bente dño regia poteſtas eſt ordinata.
Vñ.j. Regũ.viij. dixit de⁹ ad Samuelẽ
ſacerdotem. Audi vocẽ eoꝝ ſcꝫ filiorum
iſrael petentiũ regẽ ⁊ conſtitue ſup eos
reges. Hinc eſt ꝙ ſpiritualis autoritas
terrenã poteſtatem habet inſtituere vt
ſit: ⁊ iudicare ſi bona nõ ſit. Qḋ proba-
tur per aplm̃ dicẽtem.j. ad Coꝝ.vj. Ne-
ſcitis qm̃ angelos iudicabimus: quãto-
magis ſecularia? Et idem in.c. per vene-
rabilem. ex͞ qui filij ſint legitimi. ⁊.ix.q.
iij.c.nemo. ⁊.c.aliorum. ❡ Tertia ratio
oſtendẽs dignitatẽ ſacerdotalẽ dicitur
cõditionis. Eſt em̃ ſacerdotalis digni-
tas ſpiritualis: ⁊ ideo quanta ſpiritus
nobilior eſt corpore: tãto ſacerdotalis di
gnitas nobilior eſt quacunqꝫ dignitate
temporali. Sicut pꝫ ex͞ de tranſlatione
epi ⁊ electi. c. inter corporalia. ❡ Scḋo
oſtẽditur dignitas ſacerdotalis que ex-
cedit oẽm dignitatẽ tẽporalẽ autorita-
te. De ſacerdotibus em̃ ḋr Eſa.lxj. Vos
ſacerdotes dñi vocabimini. Miniſtri
dñi dei noſtri dicetur vobis. ⁊.j. Petri
ij. Vos eſtis genus electũ: regale ſacer-
dotiũ: gens ſancta: populus acquiſitio-
nis. ⁊.xcvj.di.c.duo. ſcribitur. Aurũ non
tam precioſius eſt plũbo: q͞ regia pote
ſtate ſit altior ordo ſacerdotalis. Et ea-
dem.di.c.quis dubitet. Quis dubitet ſa
cerdotes xp̄i: regũ ⁊ principuꝫ omniũqꝫ
fideliũ patres ⁊ magiſtros cẽſeri? Pro-
pterea.vj.q.j.in.c.ſacerdotes. dicitur:
Sacerdotes qui proprio ore corpus do
mini conficiunt: ab omnibus ſunt obe-
diendi ⁊ timendi.⁊.iij.q.j.c.nulli. Dñm
crucifigunt qui eum in ſuis ſacerdoti-
bus perſequuntur.⁊.xj.q.iij.c.abſit. An
therius papa ait: Abſit vt quicq͞ ſini-
ſtrum de his arbitremur: qui apoſtoli-
co gradui ſuccedẽtes chriſti corpus ſa-
cro ore conficiunt: per quos nos xp̄iani
ſumus: qui claues regni celoꝝ habẽtes
ante iudicij diẽ iudicãt. In veteri quoqꝫ
lege habetur: Quicunqꝫ ſacerdotibus
nõ obtemperaſſet: aut extra caſtra poſi-
tus lapidabatur a populo: aut gladio
ceruice ſubiecta contemptum expiabat
cruore. ⁊.xvj. q.j.c. ſi clericatus. Hiero.
ait: Non eſt humilitatis mee neqꝫ men
ſure iudicare de ceteris: et de miniſtris
eccleſie ſiniſtrũ quippiã dicere. ❡ Tertio
oſtẽditur dignitas ſacerdotalis exẽplo.
Chriſtianiſſimi em̃ imperatores ſacer-
dotes honorare ſemper ſtuduerunt. Si
cut pꝫ de Theodoſio imperatore: de q̃
legitur in hiſtoria tripartita: ꝙ cũ apud
Theſſalonicã ciuitatẽ quidam iudices
fuiſſent lapidati.xj.q.iij.c.cũ apud theſ
ſalonicam. indignatus Theodoſius: om
nes pariter iuſſit interemi. Ubi ſeptem
milia ſunt occiſi: nullo precedente iudi-
cio. Huiuſmodi autẽ cladem plenam ge
mitibus audiens beatus Ambroſius cũ
princeps veniſſet Mediolanũ: ⁊ ſolẽni-
ter in ſacruꝫ voluiſſet intrare templum:
occurrit ſanctiſſim⁹ epiſcopus foris ad
ianuas: ⁊ ingredientẽ his ſermonibus
a ſacri liminis inceſſu ꝓhibuit. Neſcis
miſer imperator perpetrate a te neſcis
quanta ſit magnitudo: neqꝫ poſt cauſaꝫ
tanti furoris mens tua molam preſum-
ptionis agnoſcit? Sed forte recognitio
nem peccati prohibet poteſtas imperij.
Decet tamen vt vincat ratio poteſtatẽ.
Quibus igitur oculis aſpicies commu-
nis dñi templum? Quibus calcabis pe-
dibus ſanctũ illius pauimentuꝫ? Quo-
modo manus extẽdes: de quib⁹ adhuc
ſanguis ſtillat innoxius. Recede recede
igitur: ne ſecũdo peccato prioreꝫ nequi-
ciaꝫ augere contendas. His ſermonib⁹
imperator obediẽs: erat em̃ diuinis eru
ditionib⁹ enutrit⁹ ⁊ aperte. ſciẽs q̃ ſunt
ꝓpria ſacerdotis: que regũ gemẽs ⁊ de-
flens ad regalia remeauit. Cunqꝫ octo
menſiũ trãſiſſent tẽpora: appropinqua-

uit natiuitatis ſaluatoris noſtri feſtiuitas. Imperator aũt lamẽtationib⁹ aſſiduis in palatio reſidẽs: cõtinuas lachrymas inceſſabiliter expandebat. Ingreſſus aũt Rufinus tũc magiſter militum ⁊ ſingularẽ apud principẽ fiduciam habens: et vidẽs principẽ in lamẽtationibus proſtratũ: acceſſit vt lachrymarum cauſas inquireret. At ille vehementius ingemiſcens: et amariſſime lachrymas fundens: tu inquit Rufine ludis ⁊ mea mala nõ ſentis. Ego aũt lamẽtor et gemo calamitatẽ meã: q2 ſeruis quidẽ dei ⁊ mẽdicantibus aperta ſunt tẽpla dei. At Rufinus ad Ambroſiũ perrexit. Cui Ambroſius ait: Impudẽtiã canũ imitatus es Rufine: tante videlʒ necis autor exiſtẽs. Ego dico tibi: qm̃ imperatorem ingredi ſacra limina prohibebo. Hec et plurima Rufinus audiens imperatori nũciauit votuʒ antiſtitis. At imperator in media iã platea pergo inqt: vt iuſtas in facie ſuſcipiã cõtumelias. Cũqʒ ad ſacra limina perueniſſet: in ſacrã quidem baſilicã non preſumpſit intrare: ſed veniẽs ad antiſtẽ ſupplicabat vt eius vincula reſolueret. Cui Ambroſius. Quam penitentiã oſtẽdiſti poſt tãtas iniquitates? Cui Theodoſius. Tuum eſt docere: meũ ṽo ſuſcipere. Cui Ambroſius iniũxit: vt legẽ cõderet ne ſententia mortis ferri poſſet animo irato: ſed trãſacto triginta dierũ numero. Qḋ ⁊ fecit. Sicqʒ cũ lachrymis ⁊ deuotione templũ tãdẽ ingreſſus eſt: in cũctis reuerenter ſe habẽs erga ſacerdotẽ Ambroſiũ. Quid fecit Conſtãtinus: de quo ex tex. xcvj. di. c. in ſcripturis. ⁊ c. cõſtantinus. Quid reliqui oẽs xp̃iani reges vel imperatores. Omittamus oĩa que repetere longũ foret. Inſpiciam⁹ dñm ieſum xp̃m de quo dicit Cyprianus. xciij. diſt. c. dñs. Dñs noſter ieſus chriſtus rex ⁊ iudex: ⁊ deus noſter vſqʒ ad paſſionis horaʒ ſeruauit honorẽ pontificib⁹ ⁊ ſacerdotib⁹. Nã cũ leproſuʒ mũdaſſet dixit eidẽ. Uade oſtẽde te ſacerdoti. Sacerdotẽ adhuc appellãs quẽ ſciebat ſacrilegũ. Itẽ cũ ſubditus paſſioni alapã accepiſſet nihil cõtumelioſe locutus eſt in perſonã põtificis: ſed ſic magis innocentiã ſuã tutatus eſt dicẽs Iohã. xviij. Si male locutus ſum teſtimoniũ perhibe de malo: ſi aũt bene cur me cedis? Hec igit̃ ab eo humiliter ⁊ patiẽter facta ſunt: vt nos humilitatis ⁊ patiẽtie exẽplũ haberem⁹. Sed hodie pleriqʒ de illis ſunt: de quib⁹ dī. ſ. q. ſ. c. multi. Multi ſeculariũ hoim cũ plus ſacerdotũ vitã ꝙ ſuã diſcutiũt: in magnũ cõtemptionis diuinoꝝ ſacramentorum crimẽ incurrunt. Magna enĩ trabe vulneratos oculos habẽtes eãqʒ negligentes: feſtucã tenuẽ in alioꝝ cõſpiciũt oculis. Quã dum in aute euellere feſtinant in erroris foueã dilabũtur.

¶ De tertio honore deo debito in ſacrarũ cerimoniarũ obſeruatiõe. Capm. iij.

TErtius honor q̃ deo debetur cõſiſtit in ſacrarũ cerimoniarum obſeruatione. Nã vt dicit Thom. ij. ij. q. lxxxviij. Deũ etſi nõ rõne ſui: rõne noſtri etiã corporaliter revereri debemus. Tũ vt per corporales motus excitemus mentẽ noſtram tum vt deũ ſm̃ vtrãqʒ naturã noſtram honoremus. Unde Iohãnes Damaſce. inquit: Qr ex duplici natura compoſiti ſumus. ſ. corporali et ſpũali: duplicem deo honorẽ referre debemus. Conſiſtit autẽ hic honor in tribus.

Primo in capitis inclinatione.
Scḋo in incuruatione.
Tertio in genuflexione.

¶ Primo cõſiſtit honor in capitis inclinatione. Et ſic ſtatuit eccleſia: vt cũ nominatur nomẽ ieſus ĩ eccleſia in miſſis: ⁊ diuinis officijs: oẽs reuerenter inclinent caput. Unde de immu. eccle. lib. vj. in c. decet. dicitur: Cõuenientes in eccliã nomen illud qḋ eſt ſup omne nomẽ: nomẽ videlʒ dñi noſtri ieſu xp̃i: exhibitiõe reuerẽtie ſpecialis attollãt ⁊ ita flectãt genua mentis qḋ vel capitis inclinatione proteſtẽtur. ¶ Secundo conſiſtit honor dei in incuruatione. Habet hunc vſum eccleſia vt in diuinis officijs cum Glo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ria patri et filio et ſpũiſancto: decantat in fine pſalmorũ oēs corpus incuruant ſimul cũ capite. ¶ Tertio cōſiſtit hic honor in genuflexione. Genuflectim⁹ nãqꝫ cũ adoramus corpus xpi: in omnib⁹ moribus huiuſcemodi profitētes nos ſubditos deo: qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Explicitus eſt tractatus de timore iudiciorum dei.

¶ Tabula in ſequentē tractatum.


| | |
|---|---|
| De diuina charitate | Sermo. j. |
| De diuina charitate | Sermo. ij. |
| De diuina charitate | Sermo. iij. |
| De diuina charitate | Sermo. iiij. |
| De diuina charitate | Sermo. v. |
| De diuina charitate | Sermo. vj. |
| De diuina charitate | Sermo. vij. |


¶ Incipit tractatus de diuina charitate: cōpilatus per reuerēdũ ſacre theologie doctorē magiſtrũ Robertũ de Licio ordinis minorũ. In quo oſtēdit cũ omi veritate ſacroſancte ſcripture: qualiter de⁹ benedictus quãtum in ſe eſt oibus peccatorib⁹ offert indulgētiã ⁊ remiſſionem peccatoꝝ: neminē excludens a ſalutis via cuius ſunt ſermonis ſeptē.

VEnite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati eſtis: et ego reficiam vos. Verba ſunt redēptoris noſtri ieſu xpi originaliter Mat. xj. Ineſtimabilē charitatem dei qua hoies diligit impugnãt ſepenumero hi qui a pctis deſiſtere volũt. Ipſi nãqꝫ impio ac ſacrilego ore ſuo aſſerunt optimũ deũ fore cãm dãnationis eoꝛuꝫ: quaſi nec hois merita in aliquo proſint nec ipſis iniqs ſua malicia valeat imputari. Hoc errore illuſi pleriqꝫ audaciam in malo perſeuerãdi ſuſcipiũt: pniãmqꝫ negligũt delictoꝝ ſuoꝝ. Nihil inquiũt intereſt qualis qſqꝫ ſit ſiue bonus ſiue malus: cũ de⁹ quoſdam ſic habeat odio vt etiã poſt diuturnã in vtutibus pmanentiã reprobet: quoſdaꝫ aũt diligat vt frequentata impietas ſua antiquataqꝫ malicia ipſos nō ꝓhibeat ſaluos fieri. Cōtra hmōi genus hoim acriter inſiſtēdum eſſe cēſui. Ad quoꝝ cōfuſionez decreui in preſenti tractatu de charitate dei ad hoies tã bonos qꝫ malos copioſius differere. Oſtēdã equidē ꝙ quãtuꝫ eſt ex parte diuine clemētie nullus quãtũcunqꝫ ſit ſceleſtiſſimus ac flagitioſus expellit a ſalute: immo vt ſic dicam oēs pctōres mũdi dulciſſime blãde ⁊ amoroſiſſime inuitãtur vt ſalui fiant: vt ptꝫ in verbis propoſitis in themate nr̃o. Que verba et ſi a chriſto clamante in templo dicta ſint tñ extedũtur ad quoſlibet peccatores: qui ſunt vel erunt vſqꝫ ad conſummationem ſeculi. Clamat itaqꝫ dominus ieſus chriſtus ex abũdantia charitatis ſue: ⁊ dicit Venite ad me ⁊c. Ubi pro inſtructione noſtra notare poſſumus ſeptem ignitas flammas de diuina charitate erga miſeros igrotatoſqꝫ peccatores.

Prima dr̃ facilitas: cũ dicit: Venite.

Scd̃a dr̃ ſuauitas: cum dicit: ad me.

Tertia dr̃ generalitas: cũ dicit: oēs.

Quarta dr̃ multiplicitas: cum dicit: qui laboratis.

Quinta dicitur grauitas: cũ ſubiungit: ⁊ onerati eſtis.

Sexta dr̃ ꝑcioſitas: cũ ſubdit: ⁊ ego.

Septima dicitur gratioſitas: cũ concludit: reficiã vos.

Et cũ ſingulas has flammas difficile ſit in vno ſermone explicare dicem⁹ de ipſis in ſeptē ſermonibus bene diſtinctis. In hoc ſ̃o primo primam ſuſcipiamus elucidare flammã que dr̃ facilitas. Cuius ſenſus eſt: ꝙ deus omps neminem violētat neqꝫ cogit vt ſalu⁹ aut reprob⁹ fiat ⁊ cũ omnes ſint liberi faciliime poſſunt ſaluari. Que veritas ſub triplici cōcluſione declaratur.

Prima dicitur volũtatis.

Scd̃a dicitur gratioſitatis.

Tertia dicitur exēplaritatis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN